

ORDINES SAC


DECRETA, CONSTITUTIONVM Q.

DECLARATIONS ALIQUAE,
AB EXCELL. SENATV AEDITAE:
ET POSTREMÒ EXCVSAE.

Cum Indulto Leonis Decimi Pont. Max.
Ordibus Vormatiæ, & alijs.



CVM PRIVILEGIO.




NOVARIAE APVD FRANCISCVM
SESALLVM, M D LXXIII.

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені Івана Франка

INDEX ORDINVM.

3



	NDVLTVM Leonis Decimi.	fol. 7
	Ordines seruandi circa proclamationes, que sunt pro rebus Ca-	
	mera.	fol. 11
	Decretum gratiosum pro iis, qui obfitionem cum Duce pertu-	
	lerunt.	13
	De Locumentente Vicarij Prouisionum Mediolani.	16
+	Declaratio Senatus super præscriptionibus.	
	Declaratio super iurisdictione Abbatum mercatorum.	17
	Declaratio capitisi per apparentem.	19
	Quod obtainentes euocationes, aut intimations condemnentur in expen-	
	sis in casu succumbentia.	20
	De quibusdam, qui petunt, se declarari comprehensos in gratia generali.	21
—	Quod scriptura gratis dentur miserabilibus personis.	23
	Ordinatio super denunciationibus delictorum.	22
	Ne Aduocati oblationes coram Senatu pro clientibus temere faciant.	23
	Decretum super fictis libellariis bladorum, & uini.	24
—	Ordo super actuariis causarum ciuilium Mediolani.	25
	Ordo super prorogationibus, & suspensionibus ad cancellarium Senatus affe-	
	rendis.	26
	Ordini di Vormacia.	27
	Emendatio Cap. Et quia cautum est, in titulo de iure, & priuilegio Fisci.	32
	Decretum de instantia causarum cridarum.	32
	Quod Fiscales pro descriptione bonorum delinquentium nihil accipiant.	39
	Ordo de mercede Baricellorum, custodum carceris, & aliorum.	34
	Quando procedendum sit non obstante remissione.	39
	Quod in causis onerum uertentibus coram Senatu, à die appellationis	
	interpositæ exequitio sententiæ ultra trimestre non retardetur.	40
—	Quod cause appellationum à sententiis Prætorum pheudatariorum ab	
	auditoribus ipsorum pheudatariorum, non cognoscantur.	40
	Quod omnes cause pauperum, in quibus ipsi actores sunt, nullam habe-	
	ant instantiam.	41
—	Decretum de iis, qui ad nouas defensiones admittuntur.	42
	Adam Tinetus uxoricida absoluitur à confiscatione bonorum.	42
—	Quod operarij lapso certo tempore non possint mercedem petere.	43
	Quod notarij rerum criminalium ab officio recedentes relinquant acta	
	nos	

De Militar. 26.
Delicty

Non fiat visitatio:
= ad seniores
nitio Nov. Crim.

	INDEX
notariis succedentibus.	43
Quod pheudatarij in sua iurisdictione tutum carcerem habeant.	43
Quod ponentes manum ad arma contra mulieres non incurvant poenam primae euagationis: & quomodo procedendum sit contra eos, qui equos conductos non restituunt.	44
In causis conductionis aquarum non obstatre Fisco possessionem immemorabilem.	44
Quorumdam blasphemantium Deum punitio.	45
Quid seruandum, quando plures Iudices in iurisdictione unius delicti concurrunt.	45
Quod in casu prioris euagationis sine uulnere non procedatur per capturam.	46
Quomodo Syndicator Vicarij Prouiftoni Mediolani deputari debet.	47
Protectoribus carceratorum potentibus cognitione sua angeri repulsa datur.	48
De eligendis deputatis regimini Trecati.	48
De eodem.	49
Constitutionem, qua datur facultas aquae ducendae, intelligendam etiam de scolatitiis.	49
Crida che gli artesici di lana, & tentoria con grana, & cremenino non escano dello Stato.	50
Quod pheudatarij impetrant licentiam a Senatu publicadi proclamat.	50
Principis in suis iurisdictionibus.	50
Declarationes quædam super concessionibus.	50
Decretum de delictis militaribus.	52
De debitoribus suspectis de fuga.	53
Saluum conductum quinquennalem non renouari.	53
Clausula ponenda in creationibus ciuium, quæ sunt a Decurionibus ciuitatum.	54
De fideiunctionibus accipientis in causis appellationum.	54
Quod visitationes delictorum non sunt nisi a notariis maleficiorum.	54
Quomodo facienda sint condemnationes in casu incertitudinis.	55
Poenam preceptorum penalium emanatorum a iudicibus pheudatiorum virtute literarum Senatus applicari debere Fisco Regio.	56
Cause appellationum coram Senatoribus, quemadmodum & cause principales, instantiam non habent.	56
Ordines pertinentes ad Fiscales, & officiales criminalium causarum.	57
Decretum pertinens ad gratiarum approbationem.	62
Contra imputatos de sodomia non esse faciendam condemnationem cum bonorum confiuationem.	63
Decretum pertinens ad onera bonorum pheudalium.	63

De

	INDEX
Declaratio pertinens ad immunitatem 12. liberorum.	64
De iis, qui praetextu paupertatis poenam poeniarium in corporalem commutari sibi obtinent.	65
Causus gratiae reseruati Regie Majestati.	65
Dominum domus non esse molestandum, in qua banniti ipso inficio receperati fuerint.	67
Ordines Cancellariae Excell. Senatus.	69
Quod in impetrandis prorogationibus instantiarum scruetur ad unguë forma constitutionum.	68
Aliud decretum in materia prorogationum.	68
Decretum pertinens ad super sedentias.	77
Aliud decretum pertinens ad prorogationes.	77
Quod terminus praefinitus ad decidendum articulum an causa sit appellabilis, non, nisi bis, prorogetur.	78
Ordo seruandus in commissionibus causarum civilium.	78
Decretum de causis remittendis a Senatoribus ad Iudices inferiores.	80
De eodem.	69
Decretum de Syndicatoribus.	69
Ordines seruandi in officiis rerum criminalium.	72
Quod nulla habeatur ratio recriptorum posteriorum, nisi facta fuerit mentio anteriorum.	76
Decretum de Columbariis.	76
Decretum de pretio Bladorum.	76
Quærelatus querelantem querelare non possit.	77
Commissarij, qui huc illuc mittuntur, debeant, ubi reuersi fuerint, acta tradere iudicibus ordinariis.	77
Decretum Niuis.	78
Decretum secundum de Syndicatoribus.	79
Decretum de terra spatiis intra noua moenia Mediolani inclusis, uendendis, qui ædificare uelint.	80
DE primo euaginante in domo priuata.	81
Iudices pheudatiorum procedere possunt contra consules, commune, & homines sue iurisdictionis.	82
Declarationes super immunitate duodecim liberorum.	82
De pretensione immunitatis taxarum eorum Nobilium Cremonensium, ac ciuium ex privilegio.	82
Declaratio pro æstimo fiendo in oppido Modoetie pro buccis minorum & domibus ad fictum locatis.	84

de 12. figliuoli. 64

I N D E X

Declaratio §. Possunt. et §. Et etiam, in titulo de Pheudis, pro imbo-	
taturis.	86
De perficiendis processibus.	88
Tabella dierum quibus Excellentiss. Senatus non sedet.	89
Tassa della Cancellaria dell'Excellentiss. Senato.	91
Tassa della Cancellaria del Magistrato Straordinario, per l'officio delle Biade.	84

I N D U L T U M L E O N I S
DECIMI PONT. MAX.

EO Episcopus seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Etsi apostolica Sedes, ad quam, tanquam omnium piam matrem, & iustitiae administratri cem ex undecunque mundi partibus magnus Christi fidelium pro consequendo iustitiae complemento cursus in dies fieri solet, plenam habeat auctoritatem omnibus de oportuno iuris remedio prouidendi: solet tamen aliquando Sedes ipsa Christianissimorum Regum votis, illis præsertim, per quæ subditorum suorum dispendiis obuiari, & litigandi materia amputari dignoscitur, annuere; & pastoralis officij partes fauorabiliter impendere; prout personarū, rerum, temporum, & locorum, ac aliis qualitatibus diligenter pensatis, in domino conspicit salubriter expedire. Sanè exhibita nobis nuper pro parte carissimi, in Christo filij nostri Francisci Francorum Regis Christianissimi, & Mediolani Ducis petitio continebat, quod licet ipse Franciscus Rex, & sui officiales Ducatus Mediolanensis cunctis conquerentibus in omnibus, & singulis causis coram suis ordinariis, coram quibus alias de iure, vel consuetudine tractari consuerunt, sint parati iustitiae complementum ministrare; tamen sepe contingit suos subditos, & vasallos ratione dicti sui Ducatus Mediolanensis ad diuersarum personarum, & locorum, etiam religiosorum instantiam extra territorium, & dominium dicti sui Ducatus ad iudicium euocari, propter quod ipsi subditi & vasalli sepe diutina incommoda, grauesque expensas incurront. Quare pro parte dicti Francisci Regis, & Mediolani Ducis, nobis fuit humiliiter supplicatum, ut ne præfati subditi, & vasalli sui indebitis vexationibus extra dominium dicti Ducatus fatigentur, & extra illud trahantur, ac alias in præmissis opportunè prouidere, de benignitate apostolica dignaremur. Nos itaque, qui singulorū nobis, & sedi prædictæ deuotorum filiorum indemnitatibus, quantū cù Deo possumus, libenter consulimus, huiusmodi supplicationibus eiusdem Francisci Regis, vt potè de nobis, & Sede prædictæ in urgentissimis ipsis Sedis rebus benemeriti, inclinati, Apostolica auctoritate, tenore præsentium perpetuò statuimus, & ordinamus, Quod prædicti subditi, vasalli laici, & eorum singuli, cuiuscunque dignitatis, status, gradus, vel conditionis, de dicto Ducatu Mediolanen. & illius districtu existentes, pro quibusuis causis profanis,

per

per quasuis personas , conseruatores , & Iudices Ecclesiasticos ,
 quauis auctoritate fungentes , quarumcunque literarum , & re-
 scriptorum apostolicorum in posterum impetratorum praetextu , extra
 Ciuitates , dioceses , terras , castra , & loca Ducatus , & districtus Me-
 diolanensis huiusmodi , ad quarumuis personarum , vniuersitatū ,
 seu collegiorum , tam ecclesiasticorum , quam secularium , instan-
 tiā citari , aut conueniri , vel alias ad iudicium quoquomodo euocari
 non possint , nec debeant : sed huiusmodi causæ profanæ , que
 hactenus ad Rom . Cur . aduocatae , seu in illa cōmissa non fuerunt ,
 in partibus ipsis , & dominio prafato cognosci , & decidi debere ,
 nisi vbi Curia Romana daret Iudices de consensu partium , vel vbi
 laici litigantes sponte adirent Iudices deputatos per nos , & Se dé
 eandem , prout in rescriptis in forma Significavit impetrari soli-
 tis fieri cōsuevit . Et insuper quia multoties contingit inter eccl-
 esiasticas personas Ducatus , & districtus Mediolanensis huiusmodi
 litigari super bonis patrimonialibus , vel etiam ecclesiasticis , ma-
 ximum q. subditorum eorundem incommodum sit in eadē Rom .
 Cur . desuper litigare ; pariter statuimus , & dicta auctoritate de-
 cernimus , quod omnes , & singulae causæ , quæ sunt fori ecclesiasti-
 ci , Sanctæ Rom . Ecclesiae Cardinalium & beneficiatis dumtaxat
 exceptis , in quaunque instantia in partibus videlicet , Ducatu , &
 districtu huiusmodi , Iudicibus ecclesiasticis cōmitti , delegari , &
 decidi debeant , nisi illæ quæ excederent sumمام sex millium du-
 catorum auri , aut fructus bonorum , de quibus agetur , ad valorē
 annum trecētorū ducatorum similiūm ascendant , quo casu sal-
 tem in vna ex instantiis possint in eadem Rom . Cur . committi &
 agitari . Quodquæ a sententiis interlocutoriis desuper in parti-
 bus proferendis , vel a grauaminibus , nisi talia forent , quæ nisi per
 appellationem à diffinitiua reparari non possent , appellari non
 possit , sed eorū cognitio in fine litis referuari debeat . Quodquæ
 a duabus sententiis diffinitiuis conformibus per tēpora proferē-
 dis appellari pariter non possit : sed debitæ executioni demanda-
 ri debeant . Necnon iudices delegati pro tempore existentes ad
 petitionē alterius partiū assumere teneātur a lessorē neutri partiū
 suspectū , & de quo partes ipsæ cōfidere possint , & iudices ipsi
 eiusdē lessoris cōfiliū sequi debeant , & in cōtrariū gesta pīlos
 iudices sint ipso iure nulla . Quodq; pcessus super p̄missis omni-
 bus , & eorū circostatiis , ac depēdētib . vniuersis in partibus huius-
 modi habendi , ac sententiæ desuper in partibus pro tēpore latæ ,
 praetextu alicuius nullitatis , nisi eadem nullitas ex defectu ci-
 tatio-

EXCELL. SENATVS.


tationis omisſa , vel iurisdictionis proueniret , reuocari , seu alias
 impugnari non possint , nec debeant . Et insuper statuimus , & or-
 dinamus , quod causæ criminales contra clericos , & laicos , ac p-
 sonas ecclesiasticas , præterquam vbi ratione alicuius criminis in
 Bulla Cœnæ Domini contenti contra eos , vel etiam laicos agi ,
 deberet , ordinariis vel aliis iudicibus ecclesiasticis in partibus &
 dominio , ac districtu Ducatus huiusmodi cōmitti , cognosci , de-
 cidi , & terminari debeant , nec de cātero ad Rom . Cur . aduocari
 & in ea tractari , vel extra Ducatum Mediolanensem , & districtū
 huiusmodi cōmittantur , nisi ad effectum priuationis beneficio-
 rum , quatenus beneficia obtinentes propter delicta , pro tem-
 pore perpetrata , priuari possent , quo casu causa priuationis be-
 neficiarum huiusmodi , etiam alibi quam in dicto Ducatu , & di-
 strictu , & per alios iudices tractari possint . In causis verò honi-
 cidiorum , mutilationum alicuius membra , vulnerum animo de-
 liberato occidendi illatorum , raptus mulierum , furtorum , de-
 populationis agrorum , & incēdiorum , ob grauitatem criminū ,
 volumus , & dicta auctoritate statuimus , quod Archiepiscopus
 Mediolanen . pro tempore existens , & eius Vicarius in spiritua-
 libus generalis , possit se intromittere , & de illis cognoscere , &
 contra clericos , & personas ecclesiasticas totius Dominij , & di-
 strictus Ducatus Mediolanen . aliquod ex dictis criminibus per-
 petrantes procedere valeat , eo casu dumtaxat , vbi ordinarij de-
 linquentium intra mensam à die perpetrati delicti , & per quem
 perpetratum fuēt notitia huiusmodi saltem per famam habe-
 tur , computandum , contra ipsos delinquentes procedere negle-
 xerint , & non inceperint . Et p̄missa omnia sic per nos decre-
 ta , statuta , & ordinata , præterquam in casu denegatiæ iusticiæ , de-
 quo iuxta formam moderni Concilij Lateranensis constare de-
 beat , perpetuis futuris temporibus , modis , & formis p̄missis ,
 obseruari debere volumus , & pari auctoritate decernimus : di-
 strictius inhibētes personis , & iudicibus quibuscūque quauis au-
 toritate fungentibus , ne prætextu literarū quarumcunque apo-
 stolicarum , etiam sub quibuslibet fortioribus , & insolitis , ac p̄re-
 sentium , & derogatoriā clausulis , irritantibus
 quæ , & aliis decretis concessarum hactenus , & in posterum con-
 cedendarum contra p̄missa , subditos , & vasallos pro tempo-
 re existentes dicti Francisci , & pro tēpore existentis Regis Fran-
 ciaz , & Mediolani Duci , extra Ciuitates , loca , terras , & dominiū
 dicti Ducatus Mediolanensis in causis respectiū superius expre-
 sis

INDVLTV M

sis, & ultra, & præter formam præsentis nostri indulti, trahere
quoquomodo præsumant: ac decernentes omnes, & singulos
processus, necnon excommunicationis, suspensionis, & interdi-
ci generalis, aliasq; censuras, & pœnas ecclesiasticas; quos &
quas contra præsentium tenorem, & formam, quavis etiam apo-
stolica autoritate ferri, ac promulgari, & sententiari; necno quicq;
quid alijs secus a quo quam, etiam per nos, & sedem eandem scienc-
ter, vel ignoranter contigerit attentari; nullius roboris, vel mo-
menti existere: Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus,
& ordinationibus Apostolicis, necnon in Provincialibus, & Syno-
dalibus conciliis æditis generalibus, vel specialibus; priuilegiis
quoque, Indultis, etiam literis Apostolicis, personis, locis qui-
buscunq; sub quibusvis verborum formis hactenus concessis
& in posterum concedendis; que, quo ad hoc, eis nolumus in ali-
quo suffragari: Et quibus, illorum tenores, ac si de verbo adver-
bum præsentibus inserti essent, hac vice dumtaxat specialiter, &
expressè derogamus, contrariis quibuscunq; aut si aliquibus
eomüniter, vel diuissim ab eadem sit sede indultum, vel in poste-
rum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excomuni-
ficari non possint, per literas Apostolicas non facientes plenā,
& expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto huiusmodi me-
tionem. Nulli ergo omnino hominum licet hanc paginam no-
strorum Statuti, Ordinationis, voluntatis, decreti, inhibitionis,
& derogationis infringere, ve ei ausu temerario contraire: Si
quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omni-
potentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se
nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, An-
no incarnationis Dominice, Millesimo quingentesimo decimo
octavo, decimo septimo Calendas Iulij, Pontificatus nostri Anno
sextῳ. Signat. Ia. Sadoletus; Ia. Questenberg. cū sigillo plumi-
beo more Romanæ Curiæ, & Cordono gialdo, & rubeo. A ter-
go Registrata apud me Ia. Sadoletum.

ORDINES SERVANDI CIRCA
PROCLAMATIONES, QVAE FIVNT
PRO REBUS CAMERAE.



DVX MEDIOOLANI, ETC.

ILECTE noster, quas super ordinationes feci-
mus, & quas vim legis & perpetui decreti habe-
re volumus, his inclusas ad vos mittimus, vo-
lentes, & vobis committentes, vt eas in locis
consuetis publicari faciatis, & in volume de-
cretorum nostrorum registrari. Data Medio-
olani die quinto Junij. M D XXIII. Signata
Iulius. clausa cum sigillo solito. à tergo Iureconsulto Vicario
Propisionum Mediolani nostro dilect.

M D XXIII. DIE XXI. MAII.

FACTA propositione coram Excell. Duce nostro Francisco se-
cundo Sfortia, assistente frequentissimo Excellentia suæ Sena-
tu, de eo, quod hactenus sâpe contigit, & in futurum verisimili-
ter contingat, vt scilicet proclamationibus quæ pro rebus Ca-
meræ fiant, aliquando per aliquos in tempore debito contradic-
tatur, sed non in tempore producantur instrumenta facientia in
fauorem contradictorium, sed exinde petatur dispensatio a Se-
natū ut ea instrumenta possint produci, & admittantur ac va-
leant perinde, ac si in tempore debito producta fuissent, cum si
miles dispensationes fiant passim contradictoribus aliis publi-
cis proclamationibus, quæ fiant per officium propisionum co-
munis Mediolani in rebus priuatorum, & ius videatur assistere,
licet rigor ordinum proclamationum obstet: re hac mature di-
scussa, & consideratis merito considerandis.
Censuit prælibatus Illust. Dux noster ex Senatus consulto, vt post
hac fieri possint, & debeant prædictæ dispensationes, vt, modo
contradicuum sit debito tempore, admittatur etiâ post lapsum
termini, productio instrumentorum, & valeat productio perin-
de ac si in tempore producta fuissent.

† † Fa.

ORDINES

Factaque etiam mentione, quod s̄epe contingit testes, qui procuntur per contradicentes in causis cridarum Cameræ, & supradictarum prouisionum communis Mediolani, & aliarum ciuitatum vtentium beneficio dictarum proclamationum, iuramentū præstare de veritate dicenda in tempore, sed nō in termino eos deponere; & postea in dubium refricari an depositio facienda extra terminum valeat vel nē.

Censuit prælibatus Excell. Dux noster, dispensari posse & debere, vt testes, qui in termino iuramentum præstiterint, deponere posint etiam post lapsum terminum, & eorum depositio valeat & teneat, ac si debito in termino deposuissent.

Dictum insuper fuit, cūm nonnulli absentes, & impediti iusta causa, maximē ex benemeritis de prælibato Excell. D. Duce nostro, & eius Statu, exclusi sint, possintquē in futurum excludi iure bonorum suorum ex proclamationibus factis, quibus ipsi contradicere nō potuerunt, prouidendū meritō esse, vt ipse proclamationes, nec eis, nec aliis qui posthac in simili erunt casu, obsint. Circa hoc prælibatus Excell. Princeps, habita notitia eorum, quæ in tali casu obseruabātur per Illust. Princeps prædecessores suos, Requé hac mature discussa, & omnibus bene cōsideratis, & quid bono publico conducat.

Censuit ex Senatus consulto, non esse apponendam manum ad hanc rem cōtra ipsas proclamationes, & earum obseruantiam. sed erga fideles suos, & de Excellentia Sua benemeritos, prout tempora ferent, liberalitate vtetur, & munificentia, sicutisibi conueniens videbitur.

Additum fuit etiam, dum supradicta memorarentur, & discuterētur, quod aliquando contingit, quod in proclamationibus, quæ fiunt pro rebus Cameræ, & etiam in aliis quæ fiunt ad officium prouisionum pro rebus priuatorum, nisi ij, qui habent directa dominia super bonis quæ ponuntur ad ipsas proclamationes cōtradicant, cum tamen directa vendita non fuerint, aut confisca-ta, sed solum vtilia, eis incommoda & dispendia permagna inferri, tanquam iure suo directi ceciderint ob non factas cōtradictiones.

Indignum, & minus iuridicum existimans hoc prælibatus Excell. Dux noster, & prouisione dignum.

Cēsuit ex Senatus cōsulto, ac declarauit, & declarat, decreuitque & decernit, vt iura dictorum dominorum directorum intacta & illæsa sint, licet prædictis proclamationibus, tam Cameræ, quam pri-

EXCEL. SENATVS.

13

priuatorum, non contradicatur, vbi directa dominia specificè, & expressè non sint vendita vel confiscata, & econuerso. Idem intelligatur de dominis vtilium dominiorum, vbi directa dominia pleno iure venderentur vel confiscarentur. Quæ omnia superscripta vult & decernit prælibatus Excell. Dux noster vim legis & inuiolabilis decreti perpetuò habere debere. Mandans, & præcipiens omnibus, & singulis iudicentibus, officialibus, & subditis suis, mediatis, & immediatis, ad quos spectare quomodo libet possit, vt ipsa obseruent, & obseruari faciant. Signata Iulius.

DECRETVM GRATIOSVM PRO IIS,
qui obſidionem cum Duce pertulerunt.

FRANCISCVS secundus Dux Mediolani, &c. Hoc cōdicto, quod de consilio Reueren. & Magn. Senatus nostri vim decreti obtinere volumus, Iusticiæ clementiæ, & liberalitati partes suas, ita adtribuisse speramus, vt quanquam inter se pugnare videantur, tamen citra alicuius offendam vnicuique eorum comulatè satifac̄tum arbitremur: cūm iis iuris, qui diuturnam, difficillimam, & egentissimam arcis portæ Iouis obſidionem constantissimis animis nobiscum pertulerunt, aliquali in parte faciendum esset satis; & illis, qui postmodum duro & intestino bello auspiciis nostris militarunt, ultra stipendia aliquid condonare statuimus, quæ in partibus clementiæ, & liberalitatis continebantur; non tamen sic indulgendum erat, vt iusticiam, ad quam semper respicimus, post haberemus. factum igitur est, dum huic cogitationi animum intendimus, vt rationē iuiremus, qua omnibus, vt iam præmisimus, partes suas daremus. Quod ergo bono publico, & subditis nostris fœlix, faustumque sit, in primis omnibus qui prædictam obſidionem nobiscum superauerunt, omnia delicta, peccata, & excessus omnesque pœnas, & condemnationes quas incurrisse, aut commisissent ante diem, quo in ipsa arce inclusi fuimus, quo quis nomine censeantur, quotiescumque pacem ab offensis impetraverint, remittimus, & condonamus. illis verò militibus qui post eam obſidionem stipendia nomine nostro meruerunt, omnia delicta, & pœnas meritas usque ad Calendas Ianuarias præsentis anni remittimus ut supra, vbi remissionem ab offensis obtinuerint; modò non sint homicidia animo deliberato, & pensato facta, aut raptus, vel vis in mulieres. Quod si pacem non habuerint, volumus prædictorum omnium neminem beneficio

ORDINES

¹⁴
ficio præsentis gratiæ uti posse. Ne tamen in totū expertes sine clementiæ, & liberalitatis nostræ, volumus quod si agatur de bonis ablatis, vel pecuniis extortis, in quibus tormenta non interuenerint, quod ciuiliter tantum agatur: Ita quod læso omnino satisfiat. si vero tormenta intercesserint, processus criminalis sit, sententia verò ciuiliter feratur. Mandantes omnibus, & singulis, quibus spectat, & ipectabit, ut omnes processus, banna, condēnationes, & sententias factas, & latas contra prædictos omnes, & eorum vnumquemque, qui in hac gratia, seu adicto nostro comprehendentur, casent, & nullent, quod in locis consuetis publicare volumus, ut ad vniuersorum noticiam deuenire possit in quorum fidem præsentes manu nostra subscriptas fieri iussumus, & registrari, nostriqué sigilli impreisione muniri mandauimus. Dat. Vigleuani 13. Septembri 1530. Signat. Franciscus, &c. cum sigillo solito.

ILLVSTRISSIME D.

Post conditum ab Excell. V. Decretum, per quod militibus delicta patrata remittuntur, comparuere plerique, qui exhibito instrumento pacis, voluere per testes probare se fuisse milites: quæ probations ob timorē subornationis admittere nolui. Sed iussi, ut fidem autenticam ab altero ex Magn. Collateralibus loco probations mihi exhiberent. Nonnulli etiam comparuerunt, qui adhuc condemnati non sunt, vel quia legitima indica contra eos non existant, vel quia indica, quæ alias assumpta fuerunt, combusta sunt; istisque exhibito pacis instrumento, in quo res ad eorum libitum descripta est, petunt se absolui a deliciis in eis contentis, quod ad istos videtur mihi conueniens, quod se constituerent; & facto de eis examine, probations coepæ perficerentur: & ubi aliqua indicia non essent scripta, ea, quæ haberi possent, assumerentur; ut sciri possit, an sint in casu decreti; & maximè circa homicidia: quæ licet quandoque deliberata sint, tamen in instrumento pacis plerunque in rixa fuisse proponuntur: & demum finito processu, pro more Reuer. Senatui res exponeretur. Accedit quod ex ipso decreto non videtur clarè decisum, utrum bona ipsorum militum, tam per Cameram aprehensa, quam aprehendenda; remissa sint, & non parum Excell. V. interest ad noticiam Magistratum suorum id deduci, tam ob descriptiones fiendas, quam ob multa alia, idcirco ad tollendas

has

EXCELL. SENATVS

¹⁵
has difficultates, visum fuit Excell. Viscribere, ut quid in prædictis casibus seruari, & pronunciar velit, committere dignetur. Et me Excell. V. humilitè commendō. Cremonæ penultimo Septembris 1530. Biusdē Excell. D. V. humilimus seruus Ludovicus Porrus. at ergo, Illust. & Excell. D. D. Dicci Mediolani D. meo semper obseruandis. In manibus Mag. Cartanei Ducalis Secretarij. Prætori Cremonæ diligenter, & circumspectionem vestram in his, quæ proximè scripsistis circa diploma militare per nos superioribus diebus editum: maximè in ea parte, quæ probationem milicie non per testes, sed per Collaterales, seu per aliquem eorum fieri vultis: quod cum nobis placeat, & iam, dum illud condicione, animo nobis sedereret, volumus, & ordinamus, ut in distinctè servetur, ne aliquis subiactiatis testibus ad munus gratiæ nostræ obrepat. Ad secundum autem caput indiciorum non sumptorum, aut combustorum, Decernimus quod detur iis, qui beneficio adicti nostri uti satagunt, terminus viginti dierum, intra quæ in vos, & curia vestra se informare possit de qualitate homicidi, & secundum informationes casus incidentes apponere, & concordare ad illud caput adicti, ad quod miles, & congruentius applicandum erit: ita ut eo tempore milites non molestentur. Quo termino elapsi, & nullis habitis informationibus de qualitate prædicta, poterint secundum tenore gratiæ nostræ absoluiri secundum expressionem facti per eos dannam: Quam ad bona etiam, seu confiscata sint, seu non, extendi volumus, modo per nos donata, aut alienata non fuerint; Nam in iis casibus superfedeli volumus, donec reicum Senatu nostro participata statuemus quid sequendum sit. Dat. ex itinere Venerato 50. Octobris 1530. muloma n. 336 mirum sibylle mouloum
CAPITANEUS TICLAE

bus

¹⁶
bus subtractis (militem cum dicimus, vnumquemque intelligimus, qui stipendia, etiam hostilia, sequutus sit) in robaria autem nullatormenta intercesserunt; is si remissionem ab offenso, & fidem Collateralis autenticam produixerit, vobis mandamus, ut ipsum illico in pace dimittatis, nec pro ea imputatione ulterius molestetis. & quoniam videmus maximireferre circa fidem faciendam quod quis miles fuerit, cum saepe ob stipendia non soluta nullus computus militum teneretur, & aliquando urbe aliqua, oppido, vel loco clausi milites sine Collaterali viuerent, & ob hoc maxima difficultas sit imputato fidem de militia facere; militari disciplina etiam hoc condonantes volumus, quod in illis casibus, in quibus Collateralis fides haberri non posset accusatus huiusmodi militiam legitimè probare teneatur. erit tamen per vos diligenter aduertendum, ne fraus in similibus probationibus interueniat. Dat. Vigleuanij xxij. Decembbris 1530.

DE LOCUM TENENTE VICARIIS

Proutioium Mediolani.

PROPOSITVM fuit in Senatu, nunquid ex verbis nouarum Constitutionum in titulo de Iudiciis, quod causa, quæ iurisperitis collegiatis committi debent, non committantur officialibus habentibus salaryum de publico, comprehendatur Locumtenens quottanis de collegio doctorum Mediolani ad Officium Proutioium eiusdem ciuitatis eligendus: quilicet non nihil salary de publico assequatur, tamen id exiguum est, ita ut id officium ei damnosum valde futurum esset, si emolumentis, quibus alii Mediolanenses Iure consulti de predicto collegio fruuntur, priuatur. Senatus, re bene considerata, declarauit, & declarat, ex illis verbis nouarum Constitutionum mentem suam non fuisse, ut is annuus Locumtenens ab ipsis Collegijs Mediolani emolumentis excludatur; imposuitque D. Vicario Proutioiu, ut hanc declarationem publicari, & seruarifaciat.

DE ¹⁷

**EXCELL. SENATVS
DECLARATIO SENATVS SVPER
PRAESCRIPCTIONIBVS.**

M D XLIII. DIE IOVIS XXVI. OCTOBRIS.



N Novis constitutionibus editis super materia præscriptionis daciiorum, iurisdictionalium, flumini, aquarum, taxarum equorum, & aliorum regalium, una est sub titulo de Iure & priuileg. Fisci, incip. nulla præscriptio contra Fiscum allegari possit, alia sub titulo de oneribus, incip. oneribus taxarum equorum, tertia sub titulo de aquis & fluminibus, quæ incip. omnibus interdictum est. Has agentes pro Fisco in Senatu recitarunt, dixeruntq. rem ipsius ex illis ladi posse, cum ex ipsis caueatur quod nulla præscriptio contra Fiscum admittatur, nisi temporis, cuius initij non sit memoria, & vt vtsup. apertam enim viam videri multis fraudibus, cum vsu compertum sit, testes aduersus Fiscum facillimè adinueniri. vnde qui de Principibus nunquam benemeriti fuerunt, poterunt sibi hoc modo priuilegia querere, etiam in iis, quæ non solent Principes, etiam benemeritis, concedere, & quæ ex decretorum tenore non censemur priuilegiis comprehendendi; cum etiam ij, qui quandoque priuilegia obtinuerunt, sub colore veræ, vel factæ amissionis priuilegiorum usum probare conabuntur longè pinguorem, quam ex tenore priuilegiorum eis concessum fuerit.

Senatus autem, qui scit constitutiones matura consideratione promulgatas, &, si rectè intelligentur, & iustitiam & æquitatem comites habere; ab eis recedendum non putauit. Ne tamen ex finistra interpretatione ius Fisci quandoq. laderetur, dictas constitutiones infra scripto modo intelligere declarauit, videlicet.

Quod volens præscriptionem illius temporis probare, cuius initij non sit memoria, non audiatur in iis, quæ contra Priuilegium sunt, aut priuilegio non contineantur. Nec qui titulum habuerit, audiatur nisi eo exhibito, aut amissione ipsius, vel impedimento exhibendi legitimè probatis. Nec in aliquo casu audiatur in his, quæ ex decretorum dispositione non intelligantur, nec intelligentur concessa, virtute decretorum antiquorum.

Quod ad taxas equorum nemo audiatur, nisi titulum ostenderit, cum dictæ præscriptioni locus esse non possit, cum nec adhuc annus octagesimus effluxerit a die oneris impositi: qui autem titulum ostenderit habitum ante introductum ipsum onus, qui-

A bus-

buscunque verbis loquatur, etiā quod de taxis mentionem faceret, non audiatur, nisi titulus in specie de hospitatione militum, in cuius locum subrogata sunt taxæ equorum, loqueretur. Qui autem titulum ostenderit, habitum post dicti oneris impositionem, non audiatur, nisi priuilegium expressè, & in specie cōcedat immunitatem ab ipsis taxis equorum, vel nisi in ipsa concessione concederentur etiam datia ordinaria: inter quæ fieret mentio de taxis, etiam quod non diceretur de taxis equorum. & in casibus, in quibus probationes assumenda essent, Magistratus ante admissionem capitulorum, à se ipso tam ex libris Cameræ, quam publicanorum, & omni alia via, de capitulatis se informabit, necnon de testiū qualitate, & de modo eos examinandi: & si probabiliter suspicionem de eis habuerit, Senatum ante eorum admissionem consulet. & prædicta nedium in datiis, verūmetiam in iurisdictionibus, & aliis locum habeant, congrua congruis referendo: & saluis semper quibuscunque exceptionibus, tam interruptionis præscriptionis, quam aliis iuridicis; saluisq. decisio per Senatum. Super aliis autem per alios decisio, si quæ reperientur, Senatus prouidebit.

Quò autem ad flumina, & aquas, fiant proclamata, quod quilibet termino duorum mensiū exhibere velit priuilegia, & iura aquarum, sub pœna priuationis priuilegiorum: & vbi aliquis comparreat cum priuilegiis & iuribus, quæ habere prætendit, Magistratus termino aliorum duorum mensium iustitiam faciat; illo semper intellecto, quod ij, qui ius aquarum extrahendarum ex nauigio magno prætendent, propter aliarum aquarum immisso nem, nihil plus iuris propter aliquod solitum ex allegatis constitutionibus quæsiuisse intelligentur, quam prius haberent.

Quod si in prædictis, aut aliis super interpretatione dictarū constitutionum, vel præsentis declarationis dubitari contingeret, Senatus consultus prouidebit.

DECLARATIO SVPER IVRISDICTIONE

ABBATVM MERCATORVM.

M D XLII. DIE XX. NOVEMBRIS.

CONQUESTI in Senatu fuerunt rem Cæl. Fisci agentes, iurisdictionem ordinariam, necnon & gabellam notariae ciuilis plurimum lædi ex quadam interpretatione nouarū Constitutionum, dum conceditur Abbatibus, & Consuli mercatorum iurisdictione non

non solum inter ipsos mercatores, verū etiā quotiescunque de ipso mercimonio agatur: Nam sub sinistra interpretatione horum verborum, plerasqué causas, ad ordinariam iurisdictionem pertinentes, ad illorum tribunal trahi dicebant, in præiudicium & ipsius ordinariæ iurisdictionis, & notariæ, ac conductorum, & consequenter Fisci, quinimo etiam in non leue damnū aliorum subditorum Cæsareorum, qui, licet cum mercatoribus non contraxerint, tamen hac interpretatione graues ipsius mercantilis forileges subire cogerentur. Insuper etiam & ordinariam iurisdictionem, & Notarios, & Fiscum lædi dicebant ex ultimis verbis eiusdem nouæ Constitutionis, dum prohibent alios Iudices de præmissis causis se intromittere; quibus verbis ipsi mercatores prohiberidentur ab ordinariis audiri, etiam quod eis expedire videatur aliquo casu Iudicem ordinarium adire; cuius contrariū ante nouas constitutiones obseruatū dicebant. Idcirco cùm nec rei publicæ expedire videatur, nec ea fuerit Cæsaris mens, vt ipsorum Abbatum & Consulis iurisdictionem auget, sed vt eorum antiquis ordinibus inter nouas Constitutiones redactis, ex ipsius Cæsaris suprema autoritate, firmius robur acciperent:

Senatus dicta verba, quotiescunque de ipso mercimonio agitur, intelligenda esse declarat, vbi cum mercatoribus descriptis, vel stratis vtentibus, aut ab eis immediatè causam habentibus lis agenda foret.

Prohibitos autē fore alios Iudices de his causis se intromittere, nisi ad instatiā alicuius ex ipsis mercatoribus id fieri contingat. Notarios autem, qui ultra casus à nouis Constitutionibus, sic vtsu prædeclaratis ipsis concessos se intromiserint, puniendos esse pœnis, de quibus in ipsis nouis Constitutionibus.

Quam declarationem, & suprascripta omnia præfatus Senatus mandat inviolabiliter obseruari. Signat. Ia. Cattanæus, cum sigillo solito in cera rubea.

DECLARATIO CAPITIS SI PER

APPARENTEM.

M D XLIII. DIE XI. LVII.

Fvīr à nonnullis dubitatum, quomodo ad vsum deduci debeant Constitutiones in titulo de Iudiciis C. si per apparentem, & an nulla prævia citatione transmitti debeat executio, de qua loquitur in principio ipsa constitutio. Volentes igitur hanc A 2 dubi-

O R D I N E S

²⁰
dubitatem tollere, declaramus, hanc constitutionem è statutis Mediolanensibus exceptam seruandam esse iuxta stylum, & obseruantiam ipsius Mediolani ciuitatis, scilicet q̄ vbi per publicas, & autenticas scripturas fiat fides de credito per creditorē, executio leuis absque citatione partis concedatur, scilicet cum famulo, & seruitore, quæ potius vim habeat citationis, quam executionis, cum eius prohibenda facultatem impunè habeat reus: qui si citato creditore comparuerit, & executioni cōmis-
sa contradixerit, facta mox per creditorem productione eorū, ex quibus creditum suum verificetur, currant reo dies 15. utiles iuxta constitutionem ad faciendum sibi incumbentia. quòd si reus facta dicta executione minimè comparuerit, mittatur contra eum fortior executio, atq. hoc modo in Dominio Mediolanū vbique seruari volumus. Signat. Iacobus Cattanæus. & suggillat. &c.

**Q V O D O B T I N E N T E S E V O C A T I O N E S , A V T
I N T I M A T I O N E S C O N D E M N E N T U R I N
E X P E N S I S I N C A S Y S V C C V M B E N T I A E .**

M D X L I I I . D I E X I I I . N O V E M B R I S .

CVRAVIT semper omni studio Senatus, vt quantum liceret, litigantes omnes coarctaret. verum animaduertit, nonnullos coloratis precibus quandoq. obtinere vel partes ad Senatum euocari, vel preces cum supersedentia intimari; & hoc pacto, & lites protelare, & expeditiones impedire: cùm ob ingruentem negotiorum molem non possint omnia in Senatu ita prompte, vt Senatus cuperet, expediri. Et quamvis nonnulla hactenus remedia adhibita fuerint; tamen ad comprimendas magis, atq. magis calumniantium tergiuersationes. Senatus ordinat, & edicit, quòd quicquaque recitatas euocationes, aut intimationes impetraverint, vbi nihil a Senatu obtaineant, censeantur in omnibus impensis condemnati per Secretarium taxandis; nisi expressè à Senatu fuerint absoluti. quòd si suppli- cantes tales fuerint, qui verisimiliter, quid petendum sit, ignorent, Senatus animaduertet in eos, in quos animaduertendum iudicauerit. Signat. Ia. Cattanæus.

E X C E L . S E N A T U S .

**D E Q V I B V S D A M , Q V I P E T V N T , S E
D E C L A R A R I C O M P R E H E N S O S
I N G R A T I A G E N E R A L I .**

21

M D X L I I I . D I E O C T A V O J A N V A R I I .

PER eos, qui capitaliter, aut in pœnam corporis afflictiā damnati sunt, seu per agentes pro eis contingit à Senatu postulari, vt declaretur, illos in gratia generali comprehendī; & lectis eorum precibus, dicitur ipso sese constituere debere antequām aliud decernatur; ij tamen constitutionem differentes, seu subterfugientes, rem in longum trahunt, vt post aliquod tempus sub adumbrata, & verisimili aliqua causa Senatum moueant ad concedendum absq. constitutione id, quod primò negatum fuerat. Senatus huiusmodi subterfugiis, & decipulis prouidere volens, de creuit, eos, quibus dicitur vt se se constituant, terminum mensis ad constituendum habere: quo de curso, & constitutione non sequuta, ulterius audiri non debere.

Q V O D S C R I P T V R A E G R A T I S D E N T U R

M I S E R A B I L I B U S P E R S O N I S .

M D X L I I I . D I E X X I I I . A P R I L I S .

CVM in Senatu propositum eslet, à multis dubitari, an constitutio de causis personarum miserabilium facta scribas, & notarios grauet ad scripturas, etiam sine solutione laborum, tradendas, eo quòd ad omnia ferè tribunalia abusus iam inoleuerit, vt pro scripturis confessis pretium laboris exigatur. Senatus visa verborum formula, sub qua constitutio est cōcepta, Dixit, non esse dubitandum, quin rescripta, literæ, scripturæ, & omnia acta gratis, & sine solutione laborum miserabilibus expendenda sint. & ita censuit esse seruandum. mandauitq., & tenore huius ordinationis mandat omnibus Magistratibus, & iusdicentibus, vt abusum, qui dicitur inoleuisse, prorsus tollant, & hanc declarationem omnino fernari faciant, sub pœna, quæ in ea constitutione interminata est. Signat. Franc. Petranigra.

**ORDINATIO SVPER D E N V N C I A T I O
N I B U S D E L I C T O R V M .**

M D X L I I I . D I E X I . A V G V S T I .

MEMINIT Senatus, se annis superioribus binas in materia denunciationum fiendarum fecisse ordinaciones. Verum quia

A 3 pro

pro Fisco agentes multa in Fisci, & boni publici præiudicium euenire adhuc conquerebantur, ex eo potissimum, quod cum delecta non denunciatur, impunita ut plurimum pertransent: quia à maiore Magistratu, qui delicta ignorat, contra delinquentes non proceditur, minusq. per Prætores feudatariorum procedi possit, cum multa ad eorum iurisdictionem; obstante Decreto de maiore Magistratu; non pertineant. Ex aduerso antiqui feudatarij multa, quare per Consules locorum, & terrarum, eis in feudum concessarum, denunciationes fieri non deberent, allegabant; nonnulli enim dicebant, se habere concessionem feudalem ante condita decreta super denunciationibus; Aliqui quod in antiquissima, & quieta possessione non denunciandi existarent. Nonnulli vero ex feudatariis recentioribus se deterioris esse conditionis quam ceteri, argere ferebant. Propterea hinc & inde prouideri petebatur.

Cumq. prouincia hæc iteratò vni ex Senatoribus demadata esset, qui in Senatu de his, quæ hactenus agitata erant, verba habuit; matureq. negocium ipsum denuo discussum fuisse.

Senatus mente reuoluens, quanta cum ratione, & ex antiquis Decretis, & ex nouis Constitutionibus denunciationes delictorum fieri debere cautum sit, considerans præterea negocium hoc ex difficultatibus, quæ oriebantur, quod ad omnes expediti nunc non posse, sed altiorem requirere indaginem; Insuper perpendens difficile esse, præsertim pro imperitis, & rudibus, prout consules villarum, & terrarum esse ut plurimum solent, legem condere secernentem, quod ad denunciationes fiendas, casus comprehensos in Decreto de maiore Magistratu ab aliis, qui sub iurisdictione feudatariorum comprehenduntur: Ideo, ut delicta, quanto minus fieri possit, impunita pertransent, censuit, pronunciat per Consules omnium locorum, & terrarum, quarum iurisdictiones ab annis decem proximi præteritis aliquo modo, quounque titulo, concessæ, aut alienatæ fuerint, delictorum denunciationes iudicenti illi, cui ratione maioris Magistratus sub sunt, & sub cuius iurisdictione ante concessionem, aut alienationem in alios factam esse solebant, omnino fieri debere, sub forma & pœnis in Constitutionibus contentis. Ne tamen, ob omnium etiam leuissimorum delictorum, denunciatione fiendam nimium se grauatos prætendere possent, eis aliquid pro nunc indulgere voluit. Decreuit propterea hæc delicta tantum denunciari per eos debere, videlicet, sacrilegia, violentias, robarias,

inua-

inuasionses, agrorum depopulationes, assassinamenta, homicidia, raptus virginum, ac mulierum, incendia, vniones, vulnera animo deliberato illata, necnon etiam alia vulnera, ac percussionses, ex quibus vulneratus vel percussus in lecto æger iacuerit; postremò insultus cum armis animo deliberato factos. Alia autem delicta, & si non denunciantur, non tamen propter hoc remissa censentur: quinimmo possunt & Iudex & pars, de cuius interesse potissimum agitur, contra delinquentes procedere, & agere. Hæc autem omnia obseruabuntur, donec causa plenissime cognita, generaliter, etiam quod ad loca, & terras antiquitus in feudum concessas, aliud ordinandum videbitur. In quibus interim Fiscus, quod ad denunciationem prædictorum delictorum, in possessione, in qua ante nouas Constitutiones reperiebatur, perseruetur. Vult tamen Senatus, quod etiam in casibus, in quibus denunciatio fieri non debet, maior Magistratus pro delictis ad eum pertinentibus procedere possit: Et versa vice, nullo modo se impedit de delictis ad eum non pertinentibus, etiam quod denunciata fuerint, sed illorum cognitionem, vlla absque impensa, remittat ad Prætores feudatariorum, sub pœna priuationis officij, & nullitatis quorumcunq. agitandorum. Quibus insuper Prætoribus liceat, etiam non obstante prædicta denunciatione facta maiori Magistratui, procedere in casibus in decreto de maiore Magistratu non comprehensis, sed ad eos spectantibus.

NE ADVOCATI OBLATIONES CORAM SENATV PRO CLIENTIBVS

TEMERE FACIANT.

IN causa Angelæ Elisabet Confalonieræ contra fratres Confalonieros, cum proposita esset per aduocatos mulieris conditio, eamq. ipsa mulier implere recusat, ita ut ordinatio Senatus, qui conditionem accipiendam censuerat, eludivideretur. Senatus monuit in faciem omnes aduocatos, qui coram eo causas dicunt, ut deinceps in proponendis Senati oblationibus cautiores sint: nam si clientes eis acquiescere noluerint, ipsi onus clientum subibunt.

A 4 DE

24

BUTI ORDINES XI
DECRETVM SVPER FICTIS LIBELLARIIS
BLADORVM, ET VINI.

M D XLV. DIE IX. JANVARI.

DECRETVM conditum anno 1539. 15. Decembris. In causa emphiteotarum furmenti Papien. vnu compertum est optimum fuisse: erat enim tenoris subsequentis. 15. Decembris 1539. in causa communitatis Papiae, & fictabilium furmenti contra dominos directorum, Senatus censet, ad ea ficta libellaria, quæ nullam emphiteotarum præambulam venditionem habent, non esse manum apponendam. Quo verò ad ea, quæ præambulam habent venditionem, statuit, & ordinavit, quod sit in facultate emphiteotæ soluere, vel in fructibus, iuxta tenorem instrumenti emphiteotici, vel in pecunia: sed hoc modo, videlicet, quod respectu eorum factorum libellariorum, quæ constituta fuerunt ante Calen. Ianuarij anni 1500. soluere possit ad rationem libr. decem pro singulo centenario librarum capitalis; respectu vero eorum, quæ exinde constituta fuerunt, ad rationem librarum septem pro singulo centenario libr. capitalis: ea lege & conditione in utroq. casu adiecta, quod vbi in futurum emphiteota non soluerit dictas peccunias, debite referendo, pro canone emphiteotico intra mensem unum post terminum soluendi appositum in instrumento emphiteotico, non possit pro eo anno vti benefitio presentis ordinationis. rerum pro anno proxime præterito, vbi terminus soluendi iam lapsus sit, statuit emphiteotæ terminū dierum viginti, à die publicationis presentis ordinationis, intra quem soluere possint iuxta superius ordinata debite referendo. quo verò ad ficta reliqui temporis præteriti non soluta, cōcedit pariter Senatus emphiteotis facultatem soluendi iuxta præmissam ordinationem, ita tamen quod pro dimidia solvant in festo Paschatis Resurrectionis, & pro residuo in Calen. Augusti. non vult tamen Senatus impedire credidores per hoc ordinationis caput. quominus possint agere ad assequitionem crediti sui ad sumnam prætaxatam, etiam ante festum Paschatis, & Calen. Augusti, vtsup. Propterea cum iamdiu multi ex aliis huius dominij regionibus efflagitassen, vt eadem decreti indulgentia & p̄si frui possent; visum fuit Senatui hanc salutarem legem ad reliquos etiam huius Mediolanensis dominij populos extendere.

Iccirco statuit, & decrevit, prænarratam sanctionem in vniuerso

Me-

EXCELL. SENATVS.

25

Mediolanensi dominio seruanda esse. Declaran. tempus solutio-
num faciendarum iuxta ipsius decreti tenorem, quod ad alios hu-
ijs dominij populos, à die publicationis ipsius decreti facienda
initium capere debere. Verum quia reperiuntur multa ficta libel-
laria, in plerisq. regionibus, & fortè etiam Papien. constituta in
alio genere bladorum, quam furmenti, nonnulla etiam in solu-
tione vini: ideo cum eadem ratio in omnibus militet, placuit
Senatui decernere, & ita decrevit, in quoque bladorū genere,
& etiā in vino locum habere debere. Signat. Iacobus Robius.

ORDO SVPER ACTVARIIS CAVSARVM

CIVILIVM MEDIOLANI.

M D XLV. DIE XXVI. MARTII.

COGNOVIT Senatus multa incommoda, & damna ciuiles cau-
sas agentibus oriri, ex licentia vnicuiq. concessa inspicien-
di, reuelandi, & attrectandi filicias, sic enim appellant cor-
dulas, in quibus acta dictarum causarum infiguntur, & asseruan-
tur, existentes apud tribunal D. Prætoris Mediolani, & eius Iu-
dicum. & quamquam D. Abbates notariorum, tam præteriti,
quam præsentis anni, nonnulla in hac materia prouiderint, com-
peritur tamen malis, & dolosis ingenii ad iura aduersariorum
quoquo modo subvertenda, aut inuoluenda in dies calidioribus
& promptioribus, satis publicæ utilitati adhuc non esse consul-
tum. qua in re vt maturius, & salubrius aliquid statui posset; vi-
sum est Senatui negotium hoc D. Iureconsultis, & notariis ur-
bis Mediolani aperire, & quid sentirent, audire. Sensi igitur eo-
rum intellecto, & omnibus aliis considerandis diligenter con-
sideratis.

Ordinavit Senatus, quod processus causarum omnium, quæ sapi-
entis consilio, vel Iudicio partium confidentis deciduntur, siue
in prima, siue in secunda instantia agatur, separatis, & de perse
asseruentur, nec unus cum alio commisceatur, nec alicui partiū,
aut agenti pro eis detur tractandus, aut reuelandus.

In aliis autem causis, in quibus consilium Sapientis, aut Iudicium
partium confidentis non requiritur, notarij tribunalum D. Præ-
toris, & Iudicium vtsup. tenere debeat filicias separatas relatio-
num ab aliis a c̄tis, & (vt dicitur) de per se: literarum item Princi-
pis, sacramentorum, interrogacionum, responsionū, & aliorum
actorum filicias separatas, uno quoque tamen mense renouan-
das

²⁶ ORDINES
das prædictorumq. omnino & singulorum actorum sciant no-
tarij summariam memoriam fieri oportere in libro, seu quin-
tero ad id per eos præparato, quam actum deferens scribi pro-
curet, sub pœna nullitatis. teneaturq. pars, ad quam spectabit,
processum integrum, redemptum a notario causæ consultori,
seu confidenti, ante sententia prolationem deferre. & notarius
non cogatur aliquem actum separatum, & ab aliis disunctum
dare. Prædicta autem per notarios causarum ciuilium seruabun-
tur, & per eorū coadiutores, non seruantes, toties de-
ficerint, pœna scutorum quinquaginta Cæsar. Cameræ appli-
candorum, & alia grauiori, arbitrio Senatus, mulctabuntur. Insu-
per mandat Abbatibus notariorum, vt hanc ordinationem ser-
uafiant. Signat. Iacobus Cattanæus. & sigillat. sigillo Impe-
riali in cera rubea more solito.

ORDO SVPER PROROGATIONIBVS, ET
SVSPENSIONIBVS AD CANCELLA-
RIVM SENATVS AFFERENDIS.

M D XLV. DIE PRIMO IVNI.

IN multis causis in ciuitate Mediolani, & extra deferuntur in
manu vnius ex cancellariis Senatus prorogationes, & suspensi-
ones. alia sunt citra partium consensum, & ha deferri solent in ci-
uitate, aut eadem die, aut immediatè sequenti, qua factæ
sunt, extra verò ciuitatem intra quatriduum: alia sunt de par-
tium consensu, & in eis deferendis inoleuit abusus, deferendi ali-
quando decē, aliquando viginti dies, & aliquando multo plus,
plerunq. post factas ordinationes, & latas sententias, ita vt sape-
numero exinde diuersa inconuenientia sequantur, huic abusui Se-
natus occurtere volens.

Ordinavit prorogationes, & suspensiones ipsas, tam citra partiū
consensum factas, quam aliter, deferendas esse, si in ciuitate e-
runt, intra dies quatuor, extra verò infra dies octo, postquam
factæ erunt; & eis lapsis, non solum non esse per cancellarium
ipsum admittendas, sed nullius fore roboris, & momenti. & ut
ad omnium notitiam deueniat, ordinem hunc publicandum
esse, & in actis ab iis, ad quos spectat redigendum. Signat. B.Pa-
tellanus.

OR-

²⁷ ORDINI DI VORMATIA.

DON CARLO PER LA DIVINA
CLEMENTIA IMPERATORE DE
ROM. SEMPRE AVGUSTO, ETC.



ERCHE come le guerre portino disordini, &
inconuenienti al buon gouerno della giustitia
& viuer politico, così hauendo inteso tanto
dal Marchese del Vasto nostro Gouernatore
del Stato di Milano, & da altri nostri Officiali,
& Ministri, come che siamo stati informati da
altri, che vi è neceſſita di reformatione in det-
to Stato; del quale volemo hauere quella cura che siamo obli-
gati, & à Dio, & alla nostra dignità Imperiale, & à quello ch'è di
ragione: Per adesso, & fino à tanto, che si possa più intieramen-
te ordinare, prouedere, & remediare à quello, che più si co-
gnoscerà conuenire; Commandiamo, ordiniamo, & voglia-
mo che si offerui precisamente quello, che in questa Ordinatio-
ne si contenerà: & che il Gouernatore, Senato, Gran Cancellie-
ro, Capitano di giustitia, quelli del Magistrato, & tutti gli altri
Officiali, Vassalli, & Suditi l'osseruino, ognuno di loro per
quello che gli toccarà; sotto pena d'incorrere nella nostra in-
dignatione. & comandiamo che siano puniti quelli che contra-
ueranno, secondo la qualità del caso, & de l'eccesso: & che tue-
to quello, che contra questo si faccia, in qualunque maniera, sia
irrito & nullo, come per la presente vogliamo, & declariamo
che lo sia.

Il Senato ha d'hauere grandissima vigilâtia, e speciale cura, che le
coſe della giustitia, che in eſſo ſi trattano, & ſi deueno trattare,
ſiano determinate, guardando gli ordini & statuti de lo Stato, cō
quella equalità che conuiene alla buona amministratione d'eſſa
giustitia, di maniera che per riſpetto d'alcuno non ſi faccia ſe nō
quello che di ragione, & giuſtitia ſi dè fare. Et anchora che alte
volte noi ſcriuiamo qualche lettere in coſe di giuſtitia: ſappia il
detto Senato, che la noſtra intentione non farà di pregiudica-
re in coſa' alcuna alla ragione delle parti, ne alla amministratione
della giuſtitia; anchora che le dette lettere foſſero ſcritte in fa-
uore del noſtro Patrimonio, & coſe della Camera: perche, an-
cho-

chora che noi vogfiamo, & siano nostra volonta, che le dette cose d'esso nostro patrimonio & Camera siano guardate, & trattate con gran cura e diligenza, per la conseruatione, & augmento d'esso nostro patrimonio; questo si ha da intendere senza preiudicio della ragione del terzo, & della giustitia. Et dicendo noi questo delle nostre lettere, & di quello che noi comandiamo, debbono, & hanno da intendere, che il medesimo, & più espresamente ha da essere, & vogliamo che così se intenda, in quello, che i nostri Gouernatori nel detto Stato comandaranno di questa qualità. Et quello che in tali cose se ha da fare, & vogliamo che si facci, è obedire le lettere & comandamenti nostri, nei quali farà el detto pregiudicio, & supersedere in mandarli ad effetto, & auisarci e consultarci delle cause, perle quali si lascia di esequire. & il medesimo si ha da intendere, quando quelle tali lettere & comandamenti fussero in pregiudicio del nostro Fisco, & Camera, in fauore de particolari, o siano in cause giudiciali, & di lite, o cose di gracie, o di qualunque altra maniera.

Il Presidente, & quelli del Magistrato Ordinario, & Straordinario, & delle biade, & Thesoriero de lo Stato, tengano grandissima, & speciale cura, & diligentia in l'amministratione delle intrate, rendite, & ragioni della Camera, così ordinarie, come straordinarie; & in vedere & guardare come si beneficiano, & guadagnano, & spendono; non potendo il nostro Gouernatore, per la occupatione d'altrinegotij & cose, attendere particolamente à questo; & guardino, & osseruino beneli rolli, bilanci, & ordini, che toccano alla robba, & patrimonio, & alla amministratione, & distributione, & spesa d'essi: & non passino, ne esequiscano alcuno augmento de salarij, ne noue mercedi, gracie, o essentioni, ne remissioni di quello che può, o debbe peruenire à nostra Camera, & Fisco, ne per via di aiuto di costa, ne per altra qualunque maniera, alienationi d'intrate, ne di cose della Camera fatte in alcuna maniera contra li detti nostri ordini. Declarando, come per la presente declariamo, che tutto quello che senza espresso ordine nostro d'altra maniera si farà, o passarà, sia nullo, come si è detto, e non si admetta, riceua, ne passi in cunto. Et quanto al pigliare li cunti de Thesorieri, dacieri, & qualunque altri officiali, & persone, che si occupano nell'amministratione delle intrate, redditii, & dritti de lo Stato, tengasi grandissima cura, perche si facci con ognidiligentia, & buona examinatione, & senza eccezione di persone; & che li guadagui si esequiscano,

& ven-

& vengano in Thesoreria, senza dilatatione, ne dissimulatione: il medemo delle confiscationi, le quali vengano intieramente, & senza diminutione alcuna in la detta Thesoreria, in beneficio della nostra Camera, & Fisco.

Il Gran Cancelliero, per quello che toccherà al suo officio, ha da tener la medema cura, così nelle cose della giustitia, come in quello che tocca all'intrate ordinarie, & estraordinarie, dritti, e ragioni della Camera, & confiscationi, perche il tutto vada rettamente, & sinceramente, & si guardi l'ordine ch'è stato dato, & si darà, & cio che nelle presenti ordinationi si contiene, & in pregiudicio di questo non si intrometta, ne si occupi, segni, ne passi cosa alcuna di niuna qualità che sia: poi che le cose della giustitia sono, & hanno da essere à carico del Senato, il quale ha da dare cunto & ragione à noi di quello che toccherà ad essa giustitia. & in quello che tocca alla robba nostra, vogliamo che si offerui quello che si è detto di sopra in quello che tocca al Magistrato.

Et quanto alli officij biennali de lo Stato, tocca al Senato l'approbare delle persone, nelle quali doueranno esser conferti essi officij, così le segurtà che si daranno per il sindicato: & se'l Gouernatore si vorrà informare dal Gran Cancelliero delle dette persone, esso Gran Cancelliero lo informarà come vederá che con uenga, perche essi officij siano prouisti come conuiene al nostro seruicio, bona amministratione dellli officij, e bene dello Stato, per meriti di persone, & non per altro niuno rispetto: & che no riceuano danari, ne presenti per la prouisione d'essi officij.

Et nelli altri officij più biennali, non si metta che prouisione alcuna, perche il Gouernator hauerà cura di auisarci quando vacanneranno, perche facciamo la prouisione come conuenga.

Il medemo si intenda nelli beneficij di nostro Iurispatronato, per che sono riseruati à nostra prouisione.

Et perche da farsi remissioni, & gracie de delitti, che non si devono perdonare, come rebellione, falsificatione di moneta, homicidij pensati, & delitti atroci, ne seguono grandi inconuenienti, & si diminuisce molto l'autorità della giustitia: la nostra volontà è che non si faccino, se non prima consultati con noi. & il detto Gran Cancelliero non segnará, ne passará niuna di queste cose, se non fusse in alcuno caso necessario, che importasse à cose di Stato; nel quale caso il Gouernatore, non sofferendo la dilatatione di consultarci, possa fare quello che gli parerà che conuenga, & dare

ORDINI

30

& dare di ciò aviso à noi, cō le cause che occorrerāno per farlo. Medemamente non si hanno da passare, ne spedire alcune superfluentie, ne moratorie in cose di giustitia, in alcuna maniera, ne in cose di debito, senza gran causa, & informatione, & dando segurta al creditore che passato il tempo della moratoria farà satisfatto del debito.

Et perche ad instanza di quelli che ci dimandano, che gli facciamo pagare, di ciò che se gli due, nō possiamo negare di scrivere letere al Gouernatore, che si paghi loro ciò che se gli due giustamente: Però si ha da intendere, come la nostra intentione è, che ciò si habbi à fare, essendo primieramente prouiste le cose necessarie per la sustētatione dello Stato: & hauera cura di auertire di questo il Gouernatore, perche non si facci il cōtrario. Et specialmente si ha da intendere, che per pagare debiti, gracie, salarij, ne prouisioni, non si hanno da vendere alcune intrate, ne cose della Camera, ne darsi di esse in pagamento.

Il detto gran Cancelliero ci ha da rispondere, & dar cunto, & ragione di tutto quello, che si è detto di sopra che tocca à lui. Li Fiscali hanno da mettere ogni diligenza, & cura in quello, che tocca à suoi officij; & proseguir le cause fiscali, facendo tutto quello che si conuiene, & sono obligati, senza rispetto, ne eccetione di persona: & quando vederanno che sia necessario, colo in lo tocante alla giustitia, come in lo tocante al patrimonio, avisaranno il Gouernatore di quello che conuenerà, perche se gli proueda, che seruino, & facciano quello che doueranno: & se mancaranno in lo sopradetto, comandiamo che non se li paghino li suoi salarij.

Il Fiscale Spina vsarà dell'officio di Fiscale, come uno de gli altri officij; senza che pretenda altra prerogativa, ne specialità sopra gli altri Fiscali, ne nel Senato, ne in altro tribunale alcuno. Et perche molta parte della giustitia tocca al Capitano d'essa giustitia, che sta in Milano; il Senato ha da tenere special cura, che in questo tribunale si faccia, & ministri intieramente giustitia, come conuiene. Et benche habbiamo tollerato che questo officio sia stato tanto tempo in persona di Gio. Battista Speciano, però il Vicario che tiene, non conuieue, ne è nostra volunta, che duri più di due anni, & che finiti quelli stia a sindicato, come gli altri officij biennali de lo Stato: & che'l Capitano di giustitia presenti questo Vicario nel Senato, & essendo persona che habbia le qualità che conuengono, & approuandola il Senato, il

Go-

FORMATIA.

31

Gouernatore lo proueda, come gli altri officij biennali de lo Stato, & faccia la solénita che si ricerca inanti al Senato: & che conforme a questo si proueda di presente il detto Vicario.

Il Gouernatore tenerà grande & cōtinua auertenza, & cura, che così il Senato, come il Magistrato, & gli altri tribunali, & ministri di giustitia, & officiali delle intrate, & robba, & qualunque altro, caduno in suo officio, grado, & qualita, vñsino del suo officio con l'autorita libera che conviene, & guardino li suoi ordini, & forme d'amministratione, che si sono guardate, & vñate nello Stato, & che cōuégono: & precipuamēte quello che per lo presente Ordone si comanda, & determina; il quale è nostra volôta che sia in uolabilmēte offeruato, & eseguito: & che il Gouernatore per alcuna maniera, ne p' alcuna causa ò ragione faccia cosa in cōtrario.

Et vogliamo che non si mettino nello Stato generalmente, ne in alcuna Città, ne popolo particolarmente, datij, ne impositioni alcune, per niuna causa, di niuna qualità, che non sia per nostro seruicio, ò beneficio particolare del medemo Stato, & popolo, & senza consulta nostra; ne si scodano altre impositioni, ne seruitij, in alcuna maniera.

Et in quello che tocca al Conseglie, che si chiama Secretto, per il presente, fino à tanto che meglio informati, se vederemmo che conuenga, comandiamo altra cosa, il Gouernatore vsarà del le persone, che sono solite a radunarsi con lui per li negotij che in esso Conseglie si deueno trattare: li quali sono il Presidente del Senato, il Gran Cancelliero, il Capitano di Giustitia, Gio. Battista Speciano, il Thesoriere de lo Stato: cōnli quali, & vñ o Secretario, quello che sarà più sufficiente, & conueniente per esso Conseglie, ascoltarà, guarderà, & prouederà quello che cōuerrà in le petitioni, & cose che iui si douerāno trattare: non impedendo il corso, & buon'ordine della giustitia, laquale tocca à fare, & amministrare al Senato: & in quello che tocca alla robba & patrimonio, & in altre cose, guardando quello che di sopra è stato ordinato, senza che in alcuna maniera se gli vada, o passi cōtra, & tutte le lettere, & prouisioni, che si ordinaranò & faranno di quello che resultarà, & vñcirà, & si prouederà nel detto Coseglio Secreto, i detti Prechidéte & gran Cácellero le segnaranno.

Et perche tutto lo sopradetto s'osserui così, & non si vada contra à questo, hauemo comandato spedire quattro ordini di questo tenore, uno perche resti in potere del Gouernatore, l'altro si téga nel Senato, l'altro nel Magistrato, l'altro il Gran Cancelliero.

Dat. in Yormes. a 6. d'Agosto. M D X L V.

HAYLIBRARY

ORDINES
EMENDATIO CAP. ET QVIA CAVTV M
EST, IN TITVLO DE IVRE, ET
PRIVILEGIO FISCI.

M D XLV. DIE XXIII. OCTOBRIS.

IN Constitutionibus anno 1541. per nos editis, in titulo de iure Fisci, in versiculo, Ec quia cautum est intra sex menses &c. Manifestus error impressorum ignorantia, seu diligentia commissus est in verbo intra, Nam ultra scribi debuisset: cōuenit enim rebus Fisci nostri, ut illas curantes competens tempus habeant ad perquirendum ius illi spectans, cum multa intra semestre inueniri per eos possint, quæ non ita facilè in primis diebus, in quibus bona, aut iura Fisco applicantur, retegi aut reuideri possint. Cum autem de huiusmodi errore in Senatu sermo habitus esset, & unus ex aduocatis Fisci exposuisset, Illust. Locumtenentem; quem in Dominio Mediolani habemus, ad instantiam agētum pro Fisco sāpe concessisse, ut sex mensibus elapsis denuntiari posset, & denuncians tertiam partem per antiquum decre- tum assignatam consequeretur: Suppliciterq. petiisset, ut error corrigeretur: Nos ex Iudicio præfati Senatus per has nostras ipsum errorem sustulimus. Decreuimusq. quod denuntians ius Fisco competens, effluxis sex mensibus, a die, quo ei cōpetierit, & quando cunque post diuos sex menses, tertiam partem vtsup. assequatur.

DECRETVM DE INSTANTIA

CAVSARVM CRIDARVM.

M D XLVI. DIE XXIX. JANVARII.

Dūm frequentes ad Senatum supplicationes deferentur petentiū decerni, quod & si aliqui ex pluribus contradicentibus in causis cridarum instantiam labi permitterent, possit tamen inter alios valida ferri sententia: visus est Senatu casus multa consideratione dignus. Ideo voluit prius quam superinde quicquam decerneret, intelligere quid Mediolanense iureconsultorum Collegium e re publica fore sentiret. eis autem auditis, & matrē omnibus consideratis.

Statuit imprimis, q̄ vbi ponens instantiam causæ cridarum labi permittat, condemetur in expensis per contradicentes factis. Verūm, vt ponentes facilius instantiam sustinere possint, & tollantur

EXCELL. SENATVS

tur litium occasiones; Decernit Senatus, quod vbi in produc-
tione literarum primæ prorogationis, ponens omnes contradicē-
tes citauerit, si nullus contradixerit, intelligatur instantia quod
ad omnes durare, etiam quod in productione aliarum literarū
prorogationum nullus exinde citetur, modò tamen singulo mē
se præsententur. Si verò aliquis contradixerit, quod ad eum, non
intelligatur instantia durare, nisi in singula prorogatione cite-
tur. valeat tamen sententia inter alios ferenda, saluis iuribus di-
cti contradicentis coram ordinario.

Item decernit Senatus, si quis ex contradicentibus instantiam
sustinere voluerit, possit, modò citet ponentem, & alios, vt su-
pra dictum est.

In causis autem pendentibus, Decernit Senatus iudicium, & sen-
tentiam valere inter eos, qui in causa sunt: saluis iuribus eorū,
qui instantiam, quod ad eos, labi permiserunt, coram ordinario
deducendis. Signat. B. Patellanus.

34

ORDIN E'S
O R D O D E M E R C E D E
B A R I C E L L O R V M , C V S T O D V M
C A R C E R V M , E T
A D I O R V M .



C A R O L V S Q V I N T V S R O M .

I M P E R A T O R . E T C .



V M Multi ex subditis huius Dominij conquesti in Senatu nostro sapienter fuisse, quod Baricell. Collaterales, Carcerum custodes, Executores, ac alij Officiales pro capturis reorum, ac executionibus realibus. & personalibus in causis ciuilibus, criminalibus faciendis, modum suae debite mercedis excedebant: Quodque Iudices, quibus aliquod salarium ordinarium statutum non est, pro eorum honorariis aliquando (eo quia nulla esset certa merces statuta, quam pro laboribus suis accipere possent) sub huius incertitudinis colore, plusquam par esset, accipiebant, in graue eorum damnum, ac præiudicium: Idq. assumptis informationibus verum esse compertum fuisse: Idem Senatus, ut huiusmodi indebitis executionibus congruam adhiberet prouisionem, ac subditorum nostrorum indemnitatē opportunē consuleret; negotium hoc voluit mandare duobus Senatoribus, vt maturius procederetur; qui se informarent de prædictis, adhibito etiam Fisco, & vocatis aliquibus ex Iusdientibus: mox referrent. Quod cum summa cum diligentia factum esset; tandem certos super hoc negotio ordines promulgauit, tenoris infra scripti: videlicet.

De Mercede debita pro Exequitionibus personalibus Realibus.

S i fiant exequitiones in Ciuitate, vel suburbis; pro leui executione habeant Executores sol. sex Imper. pro quolibet dumtaxat, quantacunque sit summa, promissione, seu associatione in possessionem tantundem. Si verò fiant extra ciuitatem, & suburbia, habeant duplum, & ultra etiam sol. vnum pro singulis mille pa-

EXCELL. SENATV S.

35

passibus. Pro fortiori seu effectuali executione, si intra Ciuitatem, & suburbia fiant, habeant sol. vnum pro singula libra Imp. ubi summa non excedat libras vigintiquinque; abinde vero supra, usque ad libras centum, denarios nouem Imper. pro libra; & a libris centum, usque in quinquecentum, denarios sex pro libra; & ab ea summa supra, quantacunque sit, denarios tres pro libra. Si autem fiant extra Ciuitatem, & suburbia, ultra prædicta habeant sol. vnum pro singulis mille passibus pro quolibet famulo, sive executore, modo non accedant in maiori numero, quam sit expreßum in præcepto eis per Iudicem tradito.

Pro Mansione in possessione, seu pro assistentia recollectioni frumentum sequestratorum, seu pro descriptione bonorum, & frumentum, habeant sol. decem, & octo Imper. pro singulo die, quo steterint occupati circa id negocium, & pro itinere sold. vnum pro quibuslibet mille passibus. Præmissi non possint, ultra mercem supra eis taxatam, & infra taxandam, quicquam direxere, vel per indirectum, etiam pro expensis cibaris, a partibus consequi: Immò si quid ab eis sibi datum fuerit, id cedat, & compescetur in dicta eorum mercede, sub poena quadruplici parti applicanda, & iactuum duorum funis. Quodq. non possint prouinciam sibi demandatam recusare, nisi legitima ex causa, arbitrio Iusdientis, sub poena standi per diem vnum ad catenam infamem. Et quod prædicta merces non debeatur, nisi demum facta relatione apud acta Iusdientis, in temporibus limitatis ex forma nouarum Constitutionū. Et quod vna tantum merces debeatur, etiā si sapienter accelerint pro executione huiusmodi facienda.

De mercede debita pro Exequitionibus personalibus sive Capturis qualitercunque faciendis.

S i fiant pro debito priuato, sive pro poena pecuniaria, etiam descendente a causa Criminali, habent duplum eius, quod supra taxatum fuit, singula singulis congrue referendo, excepto itinere, pro quo habeant dumtaxat sol. vnum pro quibuslibet mille passibus. Si vero fiant pro delictis, & delictum sit tale, pro quo ingeratur poena sanguinis, vel corporis afflictiva citra mortem, ubi sequuta non sit condemnatio, non possint consequi ultra scutum vnum auri pro singulo captivo, in carceribus consignato; post condemnationem vero scutum vnum cum dimidio. Si autem delictum sit tale, pro quo poena mortis naturalis veniat impo-

B 2 nen-

nenda, ante condemnationem, accipere possint ultra scutum unum cum dimidio pro quolibet; Et si captura fiat post condemnationem, usque ad scuta duo pro singulo. Et hoc ubi captura fiat in Civitate, vel suburbis. Vbi verò fiat extra, si ante condemnationem, & pro delicto sit pena sanguinis, vel corporis afflictiva, citra mortem, consequi possint usque ad scutum unum cum dimidio; post condemnationem, usque ad aureos duos, si autem delictum se extendat ad mortem naturalem inclusuè, ante condamnationem, habeant usque ad aureos duos, post condamnationem, usque ad aureos quatuor. Et si pena delicti sit alternativa, pecuniaria scilicet, vel corporalis, attendatur quod ad hoc pena corporalis.

Vbi contingat aliquem sponte se constitueret, & Iudex, coram quo se constituit, iubeat eum duci ad carcera, seu detineri; si pena delicti, de quo imputatur, se extendat usque ad mortem naturalem inclusuè, habeant usque ad dimidium unius aurei pro singulo detento; si verò sit citra mortem naturalem, usque ad quartum unius aurei. Et quod ultra predicta quicquam accipere non possint, etiam a sponte dantibus, sub pena de qua supra: minus tamen accipient arbitrio Iudicentis, iuxta modum capturæ, & qualitatem personarum detentorum. Ita tamen quod miserabiles detenti nihil soluant, sed ubi dimittendi sint, gratis dimittantur.

Quod Baricellus, & alij Executores non possint quicquam ex domo detentorum exportare sine licentia Iudicis, de qua apparet per scripturam, sub pena de qua supra. Quodq. sub eadem pena teneantur, quicquid in actu capturæ captiuis abstulerint, statim apud Notarium Officij deponere, ac consignare, exceptis armis, quæ apud eos conseruentur: Ita ut si postea liberentur, soluta mercede, ac aliis legitimis expensis, omnia eis restituantur; si verò condemnentur citra bonorum confiscationem, eorum hereditibus dentur; si cum bonorum confiscatione, Fisco cedat, exceptis armis, quæ remaneant ipsis Executoribus.

Quod Baricellus, ac eius Socij, sub pena duorum ictuum funis, ultra damnum parti resarcendū, non possint ab ijs, apud quos hospitantur, quicquam accipere, seu consequi, præter fænum, seu paleam pro equis, & lectum cum coperta, prouida dumtaxat die, ac nocte.

De

*Satellites non possint
quicquam ex domo
detentorum exportare
sine licentia*

*De mercede Collateralis, seu custodis
Carcerum.*

Quod non possit accipere à carceratis ultra sol. vigintiquinque Imper. pro quolibet singulo die, ac nocte: Ipso tamen custode eis condecenter subministrante prandium, & cœnam, ac lectum cum linteaminibus, & coperta. Et si contingat aliquos ex carceratis velle modum exceedere, & laetus vivere, non possit custos aliquid ultra solitum cœteris communis de suo subministrate, sed id carcerati mittant acceptum ad hospitium. Hoc tamen lossum non habeant in eo genere personarum, quæ grossiori modo vivere solent: à quibus accipere non possit ultra sol. quindecim Imper. pro singulo die, ac nocte, pro quilibet. Et si predictis contrafecerint, cadant in penam aureorum decem qualibet vice, qua contrafactum fuerit, Fisco applicandam; & alia etiam corporali pena afficiantur arbitrio Senatus. Et quod sub eadem pena teneantur quemlibet petentem se mitti ad carcera communis, statim transmittere. Modò prius accedat consensus, sive licentia Iudicis, de cuius mandato detinetur; quem Iudicem statim, ubi requisitus fuerit à carcerato, teneatur custos alloqui de huiusmodi re.

Taxa Honorarij in causis criminalibus debita Iudicibus, qui de publico salario non habent.

Pro Examinibus reorum, si sponte se constituerint, & tractetur de pena capitali, habeant usque ad aureum unum pro singulo; si verò non sit capitalis, usque ad dimidium unius aurei: & hoc semel tantum, etiam si superius examinarentur. At si sponte non se constituerint, sed detenti fuerint, nihil debeatur, & tamen quanto citius fieri poterit, examinentur.

Pro examine testium ad offensam nihil consequi possint. Pro examine testium ad defensam, si delictum sit capitale, & testes non sint ultra tres, super duobus, vel tribus capitulis, non computato tamen capitulo vocis, & famæ, habeant usque ad dimidium unius aurei. Si verò maior sit numerus testium, vel capitulorum usque ad sex, habeant usque ad aureum unum. abinde supra, non excedant aureos duos. Et si delictum non sit capitale, pena tamen sit corporalis, habeant dimidiū eius, quod

B 3 supra

ORDINES

38 supra dictum fuit, singula singulis congruè referendo. vbi autē pœna sit pecuniaria tantum, in omni casu. non habeant ultra dimidium vnius aurei.

Pro ordinationibus, quæ sunt super relaxationibus carceratorū, sub fideiussione, præcedente relatione status causæ, & ex ordine Senatus; Cùm contenti esse debeant mercede sibi cōstituta, pro ipsa relatione, & de qua infra; nihil accipere possint.

Pro huiusmodi autem ordinationibus, quas aliter per Iudices fieri continget, vbi causa sit capitalis, accipere possint sol. quinquaginta, vbi autem capitalis non sit, sol. vigintiquinque: in quibus tamen computetur id, quod habuerint pro visione scripturarum.

Pro relationibus non diffinitiis, quæ sunt de statu cause ad Senatum, siue fiant in scriptis, siue verbo, vbi delictum sit capitale, accipere non possint ultra aureum vnum; vbi verò non sit capitale, eius dimidium non excedant.

Pro relationibus diffinitiis cum voto, siue fiant in scriptis, siue verbo vsupra, quatenus delictum sit capitale, & feratur sententia absolvitoria, non excedant aureos duos, & vbi non sit capitale, usque ad aureum vnum consequantur. Modò tamen in utroque casu non præcesserit relatio status cause: quo in casu dimidium tantum eius, quod supra taxatum fuit, congruè referendo, consequi possint.

Pro præsentatione gratiarum, & cassatione condemnationum, si gratiæ sint tales, in quibus requiratur approbatio Senatus, habere possint usque ad aureum vnum; si verò cōcessæ fuerint per literas missiuas Locumtenentis nostri, vt fit in delictis leuioribus descendantibus à proclamationibus, accipere non possint ultra dimidium vnius aurei.

Præmissa tamen locum nō habeant in personis nihil proprij habētibus, sed quotidianis laboribus sibi vi etum quarentibus: à quibus ultra dimidium eius, quod taxatum fuit, congruè referendo, consequi non possint: à miserabilibus autem nihil penitus consequi valeant. Et quod ultra prædicta non possint aliquid percipere etiam à sponte dantibus, sub pœna aureorum centum Cameræ nostræ applicandorum, & amotionis, vel suspensionis ab Officio arbitrio Senatus. nec in exequendis his ordinibus interponatur dilatio, sub eadem pœna.

Iudices autem, qui de publico salarium ordinariū habent, tenentur seruare ad ynguem dispositionem nouarum Constitut. de

fol. 6i EXCELL. SENATVS.

39 qua sub Rubrica de sportulis, sub pœnis in eisdem Constitut. contentis. *Approuat. Officij, et auctoratu mille*
Quos cùm (ita exigente publicayfilitate) mature esse compositos cognoverimus: Illos approbantes inconcussè, prout iacet, seruari mandamus. In quorum fidem præsentes fieri iussimus, & registrari, nostriq. sigilli impressione muniri. Dat. Mediolani 17. Augusti 1553. Signat. B. Patellæ.

QVOD FISCALES PRO DESCRIPTIONE
BONORVM DELINVENTIVM

NIHIL ACCIPIANT.

Carolus Quintus Rom. Imperator. &c.

Prætoribus Cremonæ, Papiæ, Lauda, & cæteris.
INTELLEXIMVS, post Constitutiones promulgatas nomine nostro in Statu Mediolani, Fiscales perseverare in exactione quædam pecuniaria, quando sunt descriptions bonorum delinquentium nomine Cameræ nostræ. Id nobis summoperè dispu-
cuit, cùm velimus eos contentos esse stipendio suo ordinario. Et idcirco, ne huiusmodi abusus serpat, eis nomine nostro inhibebitis; & de inhibitione facta nos certiores facietis. Mediol. 15. Julij. 1546. B. Patellæ.

QVANDO PROCEDENDVM SIT, NON
OBSTANTE REMISSIONE.

PRÆTORI COMI.
TAMEN SI VERBA NOSTRA Constitutionis sunt clara, qua sanctum est remissionem tollere processum in iis casibus, in quibus con-
demnatio pecuniaria est facienda: nihilominus cùm super ea sit à vobis hæstatum, vobis dicimus, in ea Constitutione excepto-
se casus, in quibus ex officio procedi potest. Ideo cùm ex sta-
tuto Comensi procedi possit ex officio in iis maleficiis, in qui-
bus poena adiudicatur isti communitati, vel Fisco nostro, etiam si accusatio, vel denunciatio non esset delata; Declaramus, vos,
& Iudicem vestrum maleficiarū in iis casibus procedere posse,
secuta etiam offensorum remissione. quare procedatis, & iusti-
ciam faciat. si quæ tamen erunt nostro Senatu referenda, refre-
retis. Mediolani die 16. Septembris. M D XLVI.

QVOD

Pro gratiæ
presentacione

qui habent
salariū

qua

ORDINES

40 QVOD IN CAVSIS ONERVM VERTEN^{ti}
tibus coram Senatu, à die appellationis interpo-
sitx, executio sententiarum ultra trimestre
non retardetur.

M D XLVII. DIE X. JANVARII.

CONTINGIT plerunque per D. Questores ordinationes fieri,
& sententias proferri in causis onerum, coram eis vertentibus:
à quibus, vt earum executiones aufugiantur, aut differantur, ap-
pellatur ad Senatum; verū appellantium negligētia, aut malitia
expeditiones in lōgiās quām par est protrahuntur: quo fit, vt sa-
pēnumero indecīsa pendeat: & sic eoru executiones in suspensō
remant, in non parū dānum, & præjudicium tam publicū,
quām priuatum. Huic inconuenienti occurrere volens Senatus.
Statuit, si intra trimestre, à die appellationis interposita numeran-
dum non procurauerint appellantes cū effectu, quād huiusmo-
di causæ expediantur, non esse dictarum ordinationum, & senen-
tiarum exequitionem retardandam. B. Patellanus.

41 QVOD CAVSAE APPELLATIONVM A
sententiis Prætorum feudatariorum ab auditori-
bus ipsorū Feudatariorū non cognoscantur.

M D XLVII. DIE XI. JANVARII.

DEVENIT ad notitiam Senatus, quād quando contingit ap-
pellari in causis, que determinantur per Prætores terrarum, &
locorum Dominorum Feudatariorum Status Mediolani, huius-
modi appellationum causæ usurpantur per ipsorum Feudatariorum
auditores. huiusmodi abusui, sicuti multis de causis displi-
cuit, ita occurrere volens, is ordo.
Statuit mandāndū esse, sicuti mandat, omnibus feudatariis, ne
posthac audeant, sub pena priuationis feudi, pati, nec tolerare
ipsarum appellationum causas cognosci, nec decidi per auditores
suos, nec in eis vlo pacto se intromittere; sed permittant
cas Iudicibus, ad quos deuolui debent; cognoscendas, & deter-
minandas. Mandatque omnibus Prætoribus ciuitatum, vt ordi-
nationem hanc intimari faciant omnibus, & singulis Feudatariis
existentibus in iurisdictione prouinciaz sive: quos monet Sena-
tus ut si quid in contrarium habebunt, termino dierum quinde-
cim post intimationem, deducant in manus subsignati Secreta-

EXCELL. SENATVS.

rij; secus verò elapsō ipso termino, & eis nihil producentibus,
quād releuet, præsentem ordinationem effūm suum sortiri
debere. B. Patellanus.

42 QVOD OMNES CAVSAE PAVPERVM, IN
QVIBVS IPSI ACTORES SVNT,
NULLAM HABEANT INSTANTIAM.

M D XLVII. DIE V. IUNII.

CVM in decreto causas ad Iudices ordinarios remittente fangi-
cum sit, quād causæ pauperum, in quibus ipsi actores sunt, insta-
tiām non habeant: dubitatum est, an cause appellationum, quā
in huiusmodi causis interposita sunt, vel interponentur, instan-
tiām habere debeant. Senatus omnibus consideratis, & matu-
rè discussis.
Declarauit, causas omnes pauperum instantiam nō habere, quan-
do onus sustinendi instantiam ad ipsos pauperes spectat. Quod
vult locum habere non solum in causis futuris, sed etiam in pen-
ditibus, in quibus adhuc instantia ipsa subest. Signat. Ia. Catta-
næus. & signat. sigillo Imper. in cera rubea more solito.

DECRETVM DE IIS, QVI AD NOVAS

DEFENSIONES ADMITTUNTUR.

43 M D XLVII. DIE XXVI. OCTOBRI.

QUESTI sunt in Senatu Cæsarei Fiscales, dato etiam supplici li-
bello, quād multi ad nouas defensiones admissi, aduersus con-
demnationes criminales, productis literis eos admittentibus,
causas nouarum defensionum prosequi differunt, ita quād Fi-
scus, qui ex condemnatione secula ius acquisierat, per nouas de-
fensiones concessas, & hanc expeditiorum processuum retar-
dationem, & moram maximē lāditur. cui querimonie volens
Senatus, ut par est, salubriter prouidere, re bene, & diligenter
discuta.
Censuit, eos, qui ad nouas defensiones ex causa criminali, in qua
constitutio personalis necessaria est, admittuntur, teneri se con-
stituere personaliter infra decem dies, à concessione nouarum
defensionum numerandos: quo tempore lapsō, & constitutio-
ne non facta, ipsam concessionem nouarum defensionum esse
irritam, & nullius momenti. Eis verò, qui ex condemnatione pe-

cu-

*Causa Pauperum non
habent instantiam*

ORDINES
cuniaria ad se defendendum admittuntur, mensem statuendum
esse ad prosequendas defensiones suas, postquam ad eas fuerint
admissi: quod si non fecerint, lapso mense executionem contra
eos non esse differendam. Signat. Franciscus Petranigra.

ADAM TINCTVS VXORICIDA ABSOLVITVR
A CONFISCATIONE BONORVM.

M D XLVIII. DIE XIX. DECEMBRIS.

LATA per Mag. D. Prætorem in Cremonæ sententia, qua condemnauerat Adam Tinctum vxoridam Cremonensem in amputatione capitis, absque bonorum confiscatione, eo quod vxoridum fuerat commissum in agro Brixieni, ubi dicebatur confisca-
tiones in huiusmodi casibus non fieri: Fiscus Cæsareus aduersus eam sententiam, ob confisca-
tionem non factam, tanquam Iesus in integrum restitui petiit, & delegata causa Mag. D. Quæ-
toribus, cum vidisset nullam posse ab eis prouisionem reportare, quoniam per nouas Constitutiones ab huiusmodi sententiis omnis appellatio, nullitas, & in integrum restitutio tollebatur: Recursum habuit ad Senatum, petens indemnitatim suam omni me-
liori modo prouideri. Qui volens, sicut in ceteris omnibus, ma-
ture procedere, mandauit citari prædicti Adam filios, & vxore. Visita itaque petitione ipsius Fisci, ac exceptionibus, & defenso-
nibus pro parte ipsorum filiorum, & vxoris factis: & visto Statuto Brixiae, ac literis Mag. D. Prætoris Brixie sub die xxv. Septem-
bris anni præsentis, quibus respondet literis Senatus eidem ad instantiam Fisci datis sub die quinto mensis prædicti, & visis co-
piis actorum publicorum autenticis, ex maleficio Brixie produc-
tis, & confessis ab anno 1514. usque ad annum præsentem: ac
visa sententia per D. Prætorem Brixie lata contra dictum Adam,
in qua nulla fuit facta bonorum confisatio: ac visis aliis viden-
dis: Auditisq. denuo agentibus ipsius Cæs. Fisci: & omnibus di-
ligenter discussis.

Idem Senatus censuit, persistendum esse in sententia per præfa-
tum Mag. D. Prætorem Cremonæ lata.

QVOD

EXCELL. SENATVS.
43
QVOD OPERARII LAPSO CERTO TEMPORE
NON POSSINT MERCEDEM PETERE.

M D XLIX. DIE XXVIII. MARTII. QVOD
Usus compertum est, quamplures operarios plerunque solere longè maius præmium, quam deceat, ex operibus suis exigere, & iam solutā mercedem denuo petere, eo quia non modo in menses, sed in annos exactionem differunt, & tunc mercedem petunt, vel ab iis quibus longum temporis intervalum facultatem probandæ satisfactionis ademit, vel ab iis, qui in locum, vel ius alterius successerunt. quæ res cùm ad Senatum delata esset; visum est huiuscmodi fraudibus oportuna prouisione occurredum, facta itaque matura deliberatione.

Sancitum est, quod nullus operarius, vel laborator, qui intra tres menses quod ad præsentes, & sex quod ad absentes, à tempore operæ præstite, vel laboris facti numerandos, non petierit, vlo modo audiatur. Idquæ locum habere etiam in negotiis præteritis: in quibus tamen non intelligatur cucurisse, nec currere tempora præmissa, nisi a die factæ publicationis præsentis ordinatio-
nis. anch. B. Patellanus.

QVOD NOTARII RERVM CRIMINALIVM
AB OFFICIO RECEDENTES RELINQANT
ACTA NOTARIIS SVCCEDENTIBVS.

M D XLIX. DIE X. APRILIS.
INNOTVIT ampliss. Senati Mediolanen. quamplures notarios rerum criminalium, tam in urbibus, quam in oppidis officium exercentes, cùm ab officio recedunt, solere omnia acta criminalia à seipso confecta secum asportare, in maximum Iusticie, & reipublicæ, & fisci tam Cæsarei, quam feudatariorum detrimentum. cui abusui volens salubri remedio occurtere, facta diligen-
ti consultatione. Senatus ipse censuit, & ordinavit, notarios rerum criminalium quo cunque in loco huiusmodi officium exercentes teneri, cum ab officio discedunt, omnia acta criminalia dimittere penes officium, & tribunal, ad quod ea confecerint; illaq. tradere, & per inuentarium consignare notario in sui locum successuro. sub poena, si non paruerit, arbitrio Senatus irroganda. Mandans, te-
nore præsentis ordinationis, omnibus prætoribus, & officiali-
bus,

operarij qui non
petierint mercedes

44. AVT AORDINES

bus, ad quorum tribunalia ipsi notarij se exercebunt, ut sub pœna pædicta hunc ordinem seruari inconcussè faciant.

QVOD FEUDATARII IN SVA IURISDICTIO-
NE TUTVM CARCEREM HABEANT.

*Feudatarij
debet habere
tutum carcerem
in iuridice*

M D L. DIE VLTIMO MATT.
COMPETVM est, quamplures Dominij Mediolanensis feudatarios, qui merum, & mixtum exercent imperium nullum, aut non tutum in sua iurisdictione carcerem habere, in quem rei criminiū coniici possint, & custodiri, quod maximo reitum publicum priuatæ detrimento cedit. Hoc Senatus animaduertēs, prouidendum existimauit, ut ad reos retinendos, seruandosq. feudatarij omnes suas & ipsi custodias habeant. Censuit itaque, singulos Dominij Mediolanensis feudatarios, debere intra sex menses, in sua iurisdictione, tutum, & commodū carcerem parare, atque construere, si paratum, atque construētū non habent: In quo noxij, aut delati ex causis criminalibus, tuto contineri possint, & custodiri: sub pœna omnium dannorum & interesse, quæ pars ius aliquod prætendens, aut Fiscus Caſareus pati posset; & alia grauioriarbitrio eiusdem Scenatus irroganda, si non paruerint.

QVOD PONENTES MANVM AD ARMA
contra mulieres non incurvant pœnam primæ euaginationis. & quomodo procedendum sit
contra eos, qui equos conductos
non restituunt.

*Vir debet ydemanū
in pene vulnerū
utior illator tonat*

M D L. DIE ANTEPENULTIMO AVGUSTI.

CONSVLVIT Senatū Egregius Iureconsultus D. Prætor Medioli, quid seruandum esset in infrascriptis casibus: videlicet, Pro inquisitione formata contra Stephanū, cognomento il Giotto, de prima euagatione, & vulneribus illatis vxori; & quid seruandū in casibus ponentium manum ad arma contra mulieres. Respondit Senatus, eum condemnandum esse in pœnam vulnereum, omissa pœna primæ euagationis. Et in similibus casibus, quando aliqui ponunt manum ad arma contra mulieres, nō esse contra eos procedendum de primo ponente manum ad arma. Quod autem ad eorum condemnationes attinet, qui conducunt equos,

EXCELLENATVS.

equos, & non restituunt, sed in proprios usus conuertunt. 45 Responsum fuit, attento quod huiusmodi delictum frequenter committebatur, contra contumaces procedendum esse de furto, ac condemnandos iuxta obseruantiam curiæ ipsius Prætoris. B. Patellanus.

IN CAVSIS CONDVCTIONIS AQVARVM,
NON OBSTAR FISCO POSSESSIO-
NEM IMMORABILEM.

M D L. DIE XXX. OCTOBRIS.

DVM coram Iudicibus aquarum Status Mediolani orta esset quædam dubitatio, circa prescriptionem immemorabilem, num illa obstaret Fisco, vbi probata fuisset possessio immemorabilis priuatorum ducendi aquas diuersas, & maxiū fluminis Mutiæ ad proprium cōmodū: Fiscusqué huiusce dubitationis declarationem in Senatu petiisset, porrecta supplicatione, in qua faciebat mentionem decreti editi sub nomine Duci Philippi anno 1446. & constitutionum loquentium de huiusmodi præscriptione: & in qua pariter allegabatur declaratio facta ab eodem Senatu super constitutionibus prædictis, & super huiusmodi materia anno 1542. die 26. Octobris: Senatus ipse, auditæ petitione Fiscali, & visa supplicatione per eum porrecta, & viso pariter tenore supradicti decreti editi à Duce Philippo, & memoratarum constitutionum, & declarationis prædictæ; omnibusq. diligenter & mature consideratis.

Censuit, & declarauit, prædictis attentis, præscriptionem immemorabilem in casu, de quo agitur, Fisco non obstar.

QVORUNDAM BLASPHEMANTIVM
DEVM PVNITIO.

M D LI. DIE III. JANVARIY.

CONSVLTVS Senatus à D. Prætore Medioli, in quam pœnam condemnari deberent infrascripti in contumaciam delati ob infrascriptas blasphemias, videlicet,

Melchion habitans in domo Reuerendiss. D. Archiepiscopi Medioli delatus per Io. Albertum de Grossis; qui in domo deferentis dixit, al dispetto di Dio.

Valentinus de Lanternariis; qui sub porta cuiusdam habitationis com-

*contra contumaces
non respondentes equos
procedit de furtis*

ORDINES

⁴⁶
communis, cum aliis, stallum appellant, dixit, al dispetto della nostra Donna.

Appellatus Mandrisio Garzator; qui dixit, puttana de Dio, in apoteca garzaria.

Bartholomaeus Vigueriensis famulus cuiusdam Francigenæ, qui in domo illius, qui eum detulit, dixit, al dispetto di Dio.

Io. Petrus de Faerno claudus; quidixit, al dispetto di Dio, in domo Francisci della Bachiocha, qui illum detulit: & etiam

Antonius de Ciseris appellatus el matto; qui dixit, al dispetto di Dio, in via publica, in villa Canouæ, territorij Basilicæ Petri:

Respondit, condemnari debere in duobus iætibus eculei pro quo libet, in publico dandis, si venerint in fortiis; Excepto Mandrisio, quem dixit condemnari debere in tribus iætibus. Et prædictus & altra pœnam ordinariam. B. Patellanus.

QVID SERVANDVM QVANDO PLVRES
IVDICES IN IVRISDICTIONE VNIUS
DELICTI CONCVRRVNT.

M D LIII. DIE XLI. APRILIS.

Cum ex formula Constitutionum, duobus, vel pluribus Iudicibus, in eadem iurisdictione concurrentibus, & de eodem delicto cognoscentibus, qui prior processum inchoasset, priorq. inquisitionem transmisisset, aut ad capturam deuenisset, ille processum prosequeretur, & perficeret; vsu compertum est, in ciuitate & Ducatu Mediolani, ubi maximè contingit Capitaneum Iusticiæ, & Prætorem Mediolani concurrere, vel astutia querelantiū, vel nimia notariorum sagacitate, plerunque offensos vexari, socios criminis in testes recipi, inquisitiones præcipites formari, capturasq. indebitas decerni, & alia multa absurdè in maximū priuatorum, & reip. detrimentum committi, vt Iusticiæ suus aliquando locus esse non possit. Qua de re, cum Senatus tum procuratorum Fisci Cesarei, tum aliorum quoque multorum frequentibus, & propè quotidianis querimonij excitaretur; tandem auditio Prætore Mediolani, & Vicario Iusticiæ, factaq. consultatione, & matura deliberatione.

Censuit, inter duos, pluresue Magistratus in eadem iurisdictione concurrentes, ubi aliquis eorum de grauiori delicto non procedat, quo casu constitutionem seruari vult, eum debere de causa cognoscere, qui præuenirerit, vel in recipienda querela, vel in facienda visitatione, vel in assumendis ad denuntiationem indi-

ciis

EXCELL. SENATVS.

⁴⁷
ciis, cùm denunciationis tantum, quò ad præventionem, nullā velit habere rationem. Quod si cum querela eodem tempore concurrent ex alio latere indicia, vel visitatio, præferantur indicia, deinde visitatio. Atque ut prioritas huiusmodi cognosci possit mandat in actis ipsis conficiendis apponi etiam horam, vide licet tertiarum, vel vesperarum. Et hoc Senatus consultum, non ab ipsis tantum, Capitaneo Iusticiæ, & Prætore Mediolani, seruari iubet, sed à cæteris quoque Magistratibus in vna, & eadē iurisdictione concurrentibus.

QVOD IN CASV PRIORIS EVAGINATIONIS
SINE VVLNERE NON PROCEDATVR
PER CAPTVRAM.

M D LIII. DIE IX. MAI.

AD aures Senatus deuenit, multas extorsiones fieri ob capturas eorum, qui de simplici insultu cum prima euagatione, absque vulnere, indicati sunt; quod compertum est magno priuatorū cedere detrimento, sine ullo Cas. Fisci, aut reip. cōmodo. ideo re diligenter discussa, & mature considerata.

Senatus omnibus Magistratibus, & Iudicentibus etiam feudatariorum Dominij Mediolanen. interdixit, & prohibuit, ac tenore præsentis ordinationis interdicit, & prohibet, nè in casibus prioris euagationis, in quibus simplex tantum insultus, sine vulnere, interuenit, capturas decernant, sub pœna ad arbitrium Senatus irroganda, si non paruerint: sed vult contra tales, stantibus indiciis, via inquisitionis procedi.

QVOMODO SYNDICATOR VICARI PRO-
VISIONVM MEDIOLANI DEPVTARI DEBEAT.

M D LIII. DIE XXIIII. JANVARI.

Cum superioribus diebus Senatus deputasset Egregium Iurisconsultum D. Aloysium Palatium ex Vicariis generalibus, & de collegio etiam Mediolanen. Doctorum; qui Vicarium Provisiōnum egregium D. Hieronymum Tonsum, ac iudicem syndicaret, de ea deputatione conquesti sunt vniuersum collegium, & Vicarius, ac Decuriones prouisionum per supplices libellos exemplis sequentis.

Quibus in Senatu propositis, & re discussa; ne ipsis supplicatiibus

vlla.

*Apprima
evagatione*

vila iustæ quærelæ relinquatur occasio; in eam itum est sententiam, vt ipsi supplicantes intra quatriduum nominent tres è suo collegio Doctores, & Senatui proponant: è quibus ipse vnum deligit, eique hanc syndicandi prouinciam demandabit. Quod decretum de cætero etiam obseruari vult Senatus.

PROTECTORIBVS CARCERATORVM
PETENTIBVS COGNITIONEM SVAM
AVGERI REPULSA DATVR.

M D L I I I . DIE XXIX. JANVARI.

EGREGII protectores carceratorum, quibus ex forma Constitutionum data est facultas cognoscendi causas eorum, qui non rite capti fuerint; dicebant in Senatu, eam facultatem sibi esse attributam in causis etiam, quæ concernunt rectitudinem; tum ex dispositione statutorum Mediolani, tum etiam ex obseruancia. Atque ideo petebant, eam cognitionem sibi non auferri. Quibus omnibus consideratis.

Senatus censuit, formam ipsam Constitutionum esse seruandam, non obstantibus per ipsos protectores adductis.

D E E L I G E N D I S D E P V T A T I S
R E G I M I N I T R E C A T I.

P R A E T O R I T R E C A T I.

SOEPE, & attentè Senatus noster audiuit quærimonias istorum oppidanorum tam diuitum, quam pauperum, & etiam mediocrium, inter se dissidentium, super facienda electione eorū, qui regimini, & gubernationi istius loci præesse habeant. Quam ob rem, volens has controversias, & dissidia omnino tollere, omnibus matura consultatione discussis, censuit diuites ipsius oppidi, per vos vocando, eligere debere viros octo, & mediocres alios octo, similiter & pauperes totidem: qui præsentis dicto regimini, & sint loco eorum vingintiquattuor hominum, quos pro gubernatione presentis anni Trechatenses elegerunt. Eundemq. modum quotannis seruari iubet in facienda eorum electione, qui futuro regimini vacare habeant. Non tamen eligi possint conductores bonorum istius communitatis, nec eiusdem officiales. Et aduertant Trechatenses, vt eligendi per eos sint omnino idonei: alias Senatus severa animaduersione eos corripiet, & prou-

EXCELL. SENATVS.

⁴⁹
providebit. Tu itaque hoc Senatus consultum publicari, & inter acta publica describi facies, vt ad omnium noticiam deueniat: & ab omnibus firmiter obseruari curabis. Mediolani 6. Feb. 1554.

D E E O D E M.

P R A E T O R I T R E C A T I.

CVM super Senatus Consulto de consiliariis, istius oppidi eligendis, nuper promulgato, ortæ sint nonnullæ difficultates: eas hac declaratione tollere volumus. ordinamus itaque, vt illi intelligentes in hoc casu diuites, qui in libro æstimi reperti fuerint degantur in solidis viginti exclusiæ supra: qui verò à solidis decem exclusiæ usque ad viginti, ij nominentur mediocres, & descripti pro solidis decem, & infra dicantur pauperes. Decernimus quoque plures ex uno, quam ex alio quarterio eiusdem loci eligi posse. Repellantur autem ab eo regimine ij, qui tempore electionis reperti fuerint conductores bonorum istius communitatis à libris quinquaginta annuis supra tantum. Hoc idem de conductoribus habeat locum, etiam in debitoribus liquidis communitatis, tempore electionis faciendæ. Caneparius quoque, & cancellarius similiter repellantur. Illi autem qui retroactis temporibus Caneparij fuerunt, nec adhuc rationem reddiderunt, volumus, & mādamus, vt requisiti intra tres menses rationem omnino reddant. quod si per eos steterit, Senatus de eorum negligencia monitus prouidebit, quemadmodum è re istius oppidi esse existimauerit. eos tamen interea ad gubernandum eligi posse, & electos admitti debere censemus. Mediolani 21. Februarij 1554.

CONSTITUTIONEM, QVA DATVR
facultas aquæ ducendæ, intelligendam
etiam de scolatitiis.

P R A E T O R I P A P I A E.

FACTA in Senatu nostro mentione eorum, quæ in supplicibus, & responsoriis libellis fratrum de Mediis Barbis, & D. Francisci Vegij Iurisconsulti, eiusq. procuratorum in eis nominatorum, à Vicario vestro ad nos missis adducta fuerunt; & habita narratrorum omnium diligent consideratione: censuit is ordo, memoratam constitutionem super materia aquarum æditam, etiā

C de

declaratio
electio

HAYSBURGH LIBRARY
ORDINES XI

de scolatitiis conducendis intelligendam esse; ac ita in præsenti negotio obseruandum. Saluis tamen, in reliquis, iuribus amborum partium. Quare mandamus vobis, ut ita seruetis, & seruari faciatis. Mediolani 3. Martij 1554.

CRIDA CHE GLI ARTEFICI DI
lana & tintoria con grana, & cremesino
non escano de lo Stato.

M D LIV. A D I V. D I M A G G I O.

ESSENDO venuto à notitia all'Eccell. Senato, che alcuni mercanti, & di altra qualità, posponuto il ben publico di questa Città, & de lo Stato, hanno ardire di sedurre, & condurre in altre parti operarij, & lauoranti dell'essercitio di lana, & tintoria, & specialmente uno esperto nell'arte del tinger li drappi con grana, & cremesino. Il che cede in danno grandissimo del publico beneficio, & anche de la Cesarea Maestà, & è contra la dispositio ne delle noue constitutioni. Per tanto, volendo il prefato Senato Eccell. obuiare à questo inconueniente, ha ordinato che si faccia la presente crida. Per virtù della quale si fa bando, & commandamento, etiam inherendo alla dispositione di dette noue Constitutioni, che alcuna persona, di qual si voglia Stato, grado, & conditione, non ardisca partire di questa Città, & Stato, ne sedurre, procurare, ne condurre, ne far condurre fuori di esso Stato alcuno maestro, lauorante, ne garzone solito lauorare, o essercirse nell'essercitio di lana, o del tinger de detti panni; senza sua special licentia: sotto pena della confiscatione de suoi bent: nella qual pena anchora incorreranno quelli quali saranno mediatori in far accordi con essi maestri, & operarij contra la forma delle presenti cride: & della galera, all'arbitrio del prefato Senato Eccell.

Q V O D F E V D A T A R I I I M P E T R E N T
licentiam à Senatu publicandi proclamata Principiis
in suis iurisdictionibus.

M D LV. D I E X I I. M A R T I I.
Postquam Sereniss. Anglia, &c. Rex, & Mediolani Dux felicibus auspiciis possessione huius Dominij Mediolani adeptus est; Illust. D. Gubernatores, pro quiete subditorum, publicari man-

da.

EXCELL. SENATVS.

51

darunt proclamata pœnalia. Et quia Domini Feudatarij prætendunt illa etiā effectū sortiri debere in eorum iurisdictionibus, ita, ut pœna pecuniaria, à subditis suis exigenda, eorum Fiscis applicari debeant; Super huiusmodi re facto verbo in Senatu, pro habenda declaratione quid seruandum sit.

Is ordo declarauit, dicta proclamata ad loca infeudata non extendi. Quod si dicti Feudatarij in locis suis ea publicari voluerint, pro obtainenda licentia, ad Senatum prius recurrant; qui superinde opportune prouidebit. Mandat quoque præsentē declaratio- nē affig in Cancelleria ipsius Senatus, ut omnibus innotescat.

DECLARATIONES QVAEDAM SVPER
CONCESSIONIBVS.

M D LV. D I E X X V. S E P T E M B R I S.
PROPOSITVM est in Senatu Mediolanen. nomine præfectorum aquarum, in excutiendis priuatorum, & Fisci iuribus, quædam incidisse dubia; quæ quod à decretorum, constitutionum, & iuris municipalis interpretatione penderent, petebant ab ipso ordine de clarari, & elucidari.

Primum nanque constitutum esse, concessiones gratuitas, etiam quæ ius transmittendi ad fœminas, aut extraneos, vel de eis aliter disponendi contineant, transfire non posse nisi ad primi acquirentis descendentes per lineam masculinā, masculos legitimos; quod locum haberet, ubi ex dispositiones virtute concessionis, aut licentia à Principe impetrata, per possessionis adepctionem, effectum iam sortitæ non fuissent ante earum constitutionū promulgationem, quæ facta fuit die septima Martij anni 1490. Quærebatur ergo, num hæ concessiones, quæ huiusmodi effectū ante dictā diē septimā essent sortitæ, in fœminas, vel extraneos de cetero essent transmissibiles, ita etiā, ut quæ in fœminas effectū semelante eū diē habuissent, transfire possent in extraneos, & quæ iam transiissent in extraneos, in fœmina transmitterentur.

Senatus respondit, concessiones, quæ hunc effectum ante dictam diē septimā Martij sortitæ essent, sub regula non comprehendendi; propterea transmissibiles esse; iuxta tamē earum concessionum tenorem.

Deinde, quoniā cōpertum est, tēpore, quo Rex Gallorū Dominū Mediolanense occupabat, multos alienasse iura aquarū, quæ ob prohibitionem prædicām non poterant in alios transferri; sed

C 2 ad-

HAY R V T O R D I N E S
adhibitum fuisse Regis, vel eius Senatus assensum: Itaque dubium
ortum, utrum haec alienationes ratae essent habenda.
Senatus, antequam deliberauerit, Rem proponi voluit in excuso
consilio secreto: cuius sententia intellecta; Respondit, iis, qui ea
iura cum licentia Regis, aut eius Senatus acquisuerant, non esse
negotium faciendum.

Postremo, antiquioribus statutis cautum esse, ut cuilibet, habenti
buccam aliquam super flumine Olona, liceat aquas deriuare die
bus quibusdam expressis; idemque ad verbum nouissimis statutis
caueri: Ideo dubitari, de quibus buccis intelligendu sit, an iis om
nibus, quae essent tempore statutorum nouissimorum, an vero iis tan
tum, quae fuisse demonstrarentur tempore antiquiorum statutorum.
Respondebit Senatus, eis omnibus, qui buccas haberent tempore statu
torum nouissimorum, modò iuxta ordines colectae sint liceret aquas
deriuare diebus, & horis ab ordinibus constitutis, & limitatis.

D E C R E T U M D E D E L I C T I S
M I L I T A R I B U S

M D LVI. DIE XII. MAI.

Quæsitum est in Senatu, ita exigente negotio, an cognitio, &
prosecutio delictorum, quæ a militibus committuntur, ad Magi
stratus ordinarios pertineat, an vero eorum tribunis, aut Ducibus
militia arcuumque præfectis sit relinquenda, multaque capita in hac
materia sunt proposita, quæ explicatione requirere videbantur.
Senatus, hac quæstione in medium adducta, existimauit quod om
nis controversia, quæ aut iam orta esset, aut posthac oriiri posset,
sic tolleretur, ut deinceps haec standum non foret: habita igitur
summa consultatione, in eam iuit sententiam.

Vt si delicta sint militaria, qualia sunt, si miles arma, vele quum
alienaret, custodiamque relinquere, & alia id genus multa com
mitteret; ea Tribunis, aut Ducibus militia, arcuumque præfectis
castigandare relinquuntur.

Si vero sint communia, cuiusmodi sunt ea, quæ ceteri, qui milites no
sunt, admittantur; & ambo, vel alter, qui offendit, vel offenditur, sine
ciues, aut alias pareat iurisdictioni ordinariæ, in qua delinquitur
ea cognitio & castigatio ad Magistratum ordinariū pertineat. Quod
si ambo sint alienigenæ, & delictum sit capitale, aut huiusmodi, &
pena sanguinis, aut publicatione honorum iure sit vindicandum; haec
quoque iurisdictio, & vindicta ad ordinarios Iudices spectabit.

Si

E X C E L L. S E N A T U S.

Si vero leuia sint admissa, ut quæ nec sanguinis pœnam secum fe
rant, nec bonorum confiscationem; ea Tribunus, aut militia
Dux coercebit. Idem faciet arcis Præfetus, si tamen intra arcem
comissa fuerint delicta.

Atque horum Tribunorum, Ducum, & Præfectorum auctoritas
exercenda in milites iurisdictionis durabit donec & militia de
linquentium durauerit. & si peccantes milites in his casibus, qui
ad eos spectant, castigare neglexerint; Senatus consultus eam
adhibebit prouisionem, quam delictorum, casuumque natura po
stulauerit. Nec ipsis Tribunis, Ducibus, & Præfectis graue vide
bitur, si Iudex ordinarius militem pro teste in omnibus causis,
quæ ad eum pertinent, ad perhibendum testimonium vocauerit
& compulerit. Franciscus Petranigra.

D E D E B I T O R I B U S

S U S P E C T I S D E F U G A.

M D LVI. DIE XV. IUNI.

SOLENT creditores detineri facere in carcere debitores suos
suspectos de fuga, nulla prævia citatione, iuxta formam Consti
tutionum, & etiam literarum, quæ concedi solent; quibus etiam
cauetur, quod citatis debitoribus ipsis, verificare debeant cre
ditores ipsorum debitorum fugam, fugiè suspicione; & si
non fecerint, teneantur ad omnes impensis, & ulterius cōdem
nentur in florenis vigintiquinque Cameræ applicandis. Et quia
vnu compertum est creditores hoc non obseruare, idq. euenire
eorum dolis, & fraudibus, tum etiam quia sæpenumero debito
res sibi consulere non possunt ob eorum impotentiam, vel ino
piam, quo sit ut diuturno carcere, & variis impensis multoties af
ficiantur. Quibus omnibus occurrende volens Senatus.
Statuit, quod debitoribus ipsis detéritis, teneantur creditores ter
mino dierum quattuor verificare coram iudicibus ordinariis
fugam ipsam, fugiè suspicione; & eo termino elapso, si non
fecerint, illico detentos relaxari debere; censeanturq. conden
nati in impensis, quas detenti fecerint, & in dictis florenis vigi
niquinque, iuxta ipsarum literatum dispositionem. B. Patellanus.

C 3 SAL-ids

gnes biis fuga
est post lev.
quaer dicitur

ORDINES
§4 **SALVVM CONDVCTVM QVINQVEN-**
NALEM NON RENOVARI.

PRAETORI CREMONAE.

INTELLEXIMVS, à vobis hæsitatum esse, an saluusconductus quinquennalis, cuius formula inter Constitutiones huius Provinciarum relata est, lapso quinquennio renouari soleat. Hæc autem hæsitatio tollitur ex ea formula, quam Senatus noster solet concedere, in qua clausula est adiecta, ut is saluusconductus serueretur, modò supplicans similes literas, causa eorundem debitorum, alias non impetraverit. sic itaq. & vos seruabitis. Mediolani 13. Iulij 1556.

CLAVSULA PONENDA IN CREATI-
nibus ciuium, quæ fiunt à Decurio-
nibus ciuitatum.

M D LVI. DIE XXIX MAI.

Prætoribus Ciuitatum Dominij Mediolanensis.
INTELLEXIMVS, Decuriones ciuitatum huius Status aliquando creare Ciues, etiam non subditos, sine appositione clausula, quod teneantur habitare in hoc Dominio. Ideo volentes dicti Status indemnitati prouidere, vobis scribendum duximus, mandantes, ut Decuriones istius Ciuitatis moneatis, quod in futurum aduertant, ne alicui non subdito ciuitatem faciant, nisi addita lege, vbi contingat bona immobilia acquirere, quod in Dominio Mediolani habitare teneantur. Et si habitare desierint, bona Fisco applicata esse censeantur. Alioquin concessio nullifit, ac si facta non esset. Et de huiusmodi monitione dictum Senatum certiore facietis. Panizonus.

DE FIDEIVSSIONIBVS ACCIPIENDIS
IN CAVSIS APPELLATIONVM.

M D LVI. DIE XXVI OCTOBRI.

In porrigenidis appellatoriis libellis, audiuit Senatus, inoleuisse abusum apud Notarios actuarios conscribendi fideiussorem, etiam absentem, seruitoresq. etiam publicos, atque viles, & non idoneas personas apponen. in præiudicium eorum, qui pro se sententias obtinuerunt. immo compertum est, aliquos ex iis fideiussoribus, ante scriptam fideiussionem, iam vita functos. Id, cùm nouis Constitutionibus in hac materia disponentibus etia repugnet, vult ordo ipse abusum huiusmodi in desuetudinem abire, ac tollere.

EXCELL SENATVS. 55
Propterea mandat omnibus, & singulis notariis, ad quos attinet; ne in posterum similes fideiussores conscribant, neque, nisi praefentes, & consentientes, ac ad formam Constitutionum eos recipiant. Contrafacentibus erit pena priuationis officij notariae, ultra aliam penam, a Senatu arbitrandam, & damnum partis laesa resarcendum.

QVOD VISITATIONES DELICTORVM NON
FIANT NISI A NOTARIIS MALEFICIORVM.

M D LVII DIE VI NOVEMBRI.

INNOTVIT Senatui, aliquos notarios, ad officia maleficiorum non deputatos, nec descriptos, facere visitationes delictorum, quæ in dies committuntur, easq. postea deferre ad notarios maleficiorum, tanquam ab eis huiusmodi commissiones habentes: ex quo sequuntur controversiae, & disputationes inter Magistratus de præventione, in dispendium etiam priuatorum. ideo re bene perpensa.

Senatus censuit, nullos notarios, nisi ad maleficia descriptos, posse visitationes delictorum facere; sub pena nullitatis processus, & alia ipsis notariis, non descriptis, irroganda, ad arbitrium ipsius Senatus.

QVOMODO FACIENDÆ SINT CONDEM-
NATIONES IN CASV INCERTITUDINIS.

PRO PRAETORI CREMONAE.

Quod exquiritis sententiam Senatus, de condemnationibus capitalibus, in casu incertitudinis faciendis; ea est ipsius Senatus sententia, ut si plures in rixa percusserint, & ignoretur quis letale vulnus intulerit; aut plures insultu fecerint, & ignoretur quis vulnerauerit, & occiderit; omnes in contumaciam capitaliter, cum bonorum publicatione condemnentur; quemadmodum & binis iam literis istis Prætoribus mandatum fuisse, vos monuistis. atque ita in futurum seruari decernimus. Idem fieri volumus de pecuniariis condemnationibus, vnica tamen solutione

C 4 suf-

Visitationes delictorum non fiant nisi a Notariis - Criminalib.

In casu incerti-
tudinis delicii,
aut de rixa in
contumacia con-
demnatur

⁵⁶ ORDINES
sufficiente. Mediolani octauo Ianuarij 1558.

POENAM PRAECEPTORVM POENALIVM
emanatorum à Iudicibus feudatariorum, vir-
tute literarum Senatus, applicari
debere Fisco Regio.

M D LVIII. DIE XX. OCTOBRIS

CVM incidisset sermo in Senatu, quando conceduntur literæ Iudicibus feudatiorum, quod possint procedere præceptis penalibus pecuniariis, cui dici debeat penas illas applicari debere, an ipsi metu feudatariis, an Regio Fisco multaq. hinc inde ad ducta fuisse: re opportuna consultatione discussa; Censuit is ordo, dicendum esse in ipsis literis, penas ipsas applicari debere Regio, & Ducali Fisco. B. Patellanus.

CAVSÆ APPELLATIONVM CORAM

SENATORIBUS, quemadmodum causæ principales, instantiam non habent.

M D LIX. DIE XI. SEPTEMBRIS

SIGNIFICATVM fuit Senatui Excell. hæsitari ab aliquibus iudicentibus, vtrum constitutio, quæ disponit quod causæ coram Mag. D. Senatoribus vertentes nullam habeant instantiam, comprehendat dumtaxat causas principales, vel etiam appellatum. Responsum fuit, huiusmodi Constitutionem vtraspq. causas amplecti. Landrianus.

OR GROWING FRIENDS SINCE 1913

EXCELL. SENATV S.

ORDINES PERTINENTES AD
FISCALES, ET OFFICIALES CRIMINA-

LIVM CAVSARVM.



VM ex temporum qualitate multa in dies emer-
gant, quibus de nouo prouideri sit necesse; intel-
le&tumq. fuerit ex multis, quæ ad aures Senatus
peruenerunt, iam in officio Capitanei Iusticiæ,
Prætoris, & aliorum Iudicium, multa in dies otiri,
quæ prouisione indigeant: quibus omnibus, vt,
quantum fieri possit, pro Iusticię debito, & subditorum vtilitate
occurratur; Senatus infra scriptos ordines fernari mandat.

In primis quod Fiscales in ciuitate Mediolani residentes, iuxta morem antiquum, quotidie, exceptis diebus Dominicis, & aliis festis de præcepto, ad officium Capitanei, & Prætoris conueniat, hoc modo scilicet quod singula hebdomada duo ex ipsis, scilicet alter aduocatus, & alter syndicus, ad officium Capitanei, alij duo similiter ad officium Prætoris in mane assistant, ibiq. saltem per duas horas incumbant, processus cœptos diligenter examinét, prouideantq. ut iuxta formam ordinum debitæ ipsorum expeditiones fiant.

In processibus per Fiscales hebdomadarios cœptis alij Fiscales non se intromittant, nisi interueniente illo, qui primò in processu interuenit, si adesse poterit, legitimo impedimento non detenus.

In absoluendis votis diffinitiis causarum criminalium interueniant omnes Iudices curiæ, vel maior pars, ybi aliquis iuste sit impeditus, & saltem duo Fiscales, computato eo, quo interueniente processus cœptus & factus fuerit, sub poena amissionis trimestris salarij, pro singulo eorum officialium, qui contra formam huius ordinis votum aliquod absoluerint.

Non possint Fiscales, quibus interuenientibus processus cœpti erunt, suspecti allegari, ad effectum ut alius subrogetur; nisi ex ordine Senatus fiat: ad quem recursum habere poterunt, si qui se grauatos sentient. quod si propter infirmitatem, vel alia vrgenti causa vtsupra processibus, quibus interuenire cœperint, Fiscales incumbere non possent, alius interueniat, qui omnia, vtsupra ordinatum est, perfici curabit.

ORDINES

⁵⁸
in quibus cùm negligenter soleat per officiales superinde depu-
tatos procedi, maximè Fiscales in uigilare debet, vt, quò breuius
fieri possit, terminentur, nè rei in carceribus marcescant.

Idem in officio monetarum, & venationum decernitur.

Reliqui duo Fiscales, relationibus forensibus in Senatu referendis,
incubant. atque ita vicissim omnes singula hebdomada ad of-
ficium Capitanei, Prætoris, & Senati ut supra assistant. & vbi Fi-
scalibus, qui à Senatu ad alia tribunalia assistere ex ordine heb-
domadari debent, aliquæ relationes in Senatu ipso referendæ su-
peressent; liceat eis in prima hora, qua Senatus quotidie sedet,
eas referre; quibus relatis, ad alia negotia iuxta ordines diuertat
Fiscales, si qui ex ordine Principis illi supplicationes, vel proces-
sus gratiarum referent, in approbatione ipsius gratiæ per Sena-
tum facienda, vel aliquibus informationibus superinde assumen-
dis nullo modo se intromittant.

Amplius decernitur, quòd soli Aduocati Fiscales videant gratias
approbandas per Senatum, & quæcunque alia priuilegia Princi-
pis, non autem syndici.

Post Senatus recessum, apud Mag. Quæstores, & in reliquis omni-
bus officiis, vbi opus erit, assistant, vel omnes, veldiuisi, prout
causarum necessitas, vel facti contingentia exiget.

Idem etiam post prandium hora competenti seruabunt.
Qui per suam hebdomadam Senati assistent, ab aliis Fiscalibus,
post primam Senatus horam, in referendis causis, aut aliis nego-
tiis pertractandis, non impedianter.

Aduertantq. Relatores, vt semper, absque vlla acceptatione, re-
lationes antiquiores expediant; ita tamen, vt quò ad fieri pos-
sit, carceratorum cause in primis referantur.

Non possint Fiscales ultra biduum a præsenti ciuitate se absentia-
re, nisi prius habita licentia ab Illust. Præside Senatus, sub pœna
amissionis salarij vnius mensis.

Neque etiam possint aliquam capturam concedere, nisi periculū
sit in mora; nec etiam detentos torturæ subiicere, cùm id ad Iu-
dices pertineat cum eorum assistentia, nec pariter detentos ali-
quo modo relaxari facere, nisi participato negotio in curia, &
de communi voto, sub pœna amissionis salarij trimestris, & gra-
uiori, iuxta casus qualitatem, arbitrio Senatus.

In causis Criminalibus, facta ordinatione in curia, & subsignata
iuxta solitum per Iudices, & Fiscales, non possit ulterius per Ca-
pitaneum, vel alios Iudices, aut Fiscales expeditio deferri, sub

præ-

EXCELL. SENATVS.

⁵⁹
prætextu quòd ipse velit relaxum subsignare; sed statim, soluto
per ipsum carceratum honorario, in casibus, in quibus ex ordi-
nibus debeatur, custodibus iniungatur, vt reum relaxent: quòd
si carceratus in mala mansione, vel alio carcere existat, fiat rela-
xum per Capitanum, aut Vicarium, in scriptis, absque aliqua
sportula.

In causis armorum, habeatur in officio liber particularis, in quo
describantur omnes detenti, vna cum ordinationibus superinde
faciendis. habeatq. unus tantum notarius hanc particularem
provinciam, condemnationesq. omnes, vel compositiones, si
quæ fieri contingent, apud D. Quæstores notificantur, quum pri-
mùm factæ fuerint: nec ab aliquo officiali exigi possint, etiam
prætextu creditorum suorum, sed Thesaurario generali soluan-
tur, qui demum de illis iuxta ordines disponat.

Factis condemnationibus, in quibuscunque causis criminalibus,
current, Capitaneus Iustitiae, & alij Iudices, vt illico executioni
mittantur: nec possint aliquo modo, quocunque prætextu, eas
retardare, etiam sub pœna amissionis salarij vnius mensis, & gra-
uiori arbitrio Senatus. Quòd ad eos etiā, qui ad triremes dam-
nantur, current vt omnino, saltem termino tridui, transmittan-
tur, sub eadem poena.

Et quoniam cùm per Senatum delinquentes remo damnantur,
sapenumero contingit eorum deportationem deferri, & hac de
causa facinorosi aliquoties reatum suorum pœnas effugient;
volens Senatus huic abusui occurtere, mandat omnibus, & sin-
gulis secretariis suis, præcipue hebdomadariis, vt sub pœna amis-
sionis stipendijs mensis, ex sigillo Cancellariae prouenturi, non
omittant quascunque condemnationes de reis ad triremes mit-
tendis, cùm primùm per Senatum factæ fuerint, in sua hebdo-
mada in libro remigui, iuxta solitum, describere, syndicoq. Fi-
scali generali, ad id deputando, singulis annis ab ipsis Secretariis
per fortis, in fine suæ hebdomadæ illico transmittere; vt illas
quanto citius exequi facere curet omni studio.

Noꝝ possit etiam Capitaneus, ultra eius ordinarium stipendum,
quicquam accipere, nec pro examinibus, vel ordinationum si-
gnatura, vel pro relaxis carceratorum, etiam in causa armorum.
Neque in prædictis cancellarius Capitanei, vel alius, præterquam
notarius ad id deputatus, se intromittat, sub pœna etiam cor-
porali ad arbitrium Senatus.

Prouideant Capitaneus, & Prætor, quòd in eorum officio, per ali-
quem

Vicarij, vel alterius iudicis, aut Fiscal's.
Erigit etiam ipse notarius coadiutores suos in officio, a Senatu
tamen approbando, qui sub ipso scribant quæcunque alia oc-
currentia: nec ædantur processus, nisi priùs perleati à notario,
qui ipsos peregit. maximèq. aduertant notarij, & coadiutores,
antequām decreta sit reis copia processus, nè quoquomodo, di-
rectè, vel per indirectum, secreta cuiquam manifestentur, sub pœ-
na prædicta, & corporali arbitrio Senatus; & contra eos, qui cō-
trafecerint, procedetur ex secretis, & extraordinariis probatio-
nibus. non liceat etiam notariis, vel cuicunque alteri, tam Iudi-
ci, quam Fiscali, deferre, vel deferri facere libros actorum crimi-
nalium extra officium, quo cunque prætextu, sine licentia Sena-
tus; neque etiam Senatoribus lecturæ criminali vacantibus, pro-
videndis processibus referendis: nam eo in casu processus ex-
tracti, & partibus æditi sunt deferendi, nisi in casibus, in quibus
processus parti non sit æditus, vel aliter per Senatores lecturæ
criminali vacantes ordinatum fuerit.

Prædicta omnia de Capitaneo, Vicario, & eorum notariis ordina-
ta, locum etiam habeant in Prætore, & Iudicibus, ac eorum no-
tariis, congrua congruis debitè referendo.

Cum innotuisset etiam varia indies grauamina iis, qui vel ducun-
tur ad carceres, vel se spontè constituant, tam à custodibus car-
cerum, quam à veteribus carceratis inferri, tum pecunias ab eis
extorquendo, tum eos spoliando tunc, cum à carceribus D. Ca-
pitanei Iustitiæ, vel D. Prætoris Mediolani ad malam mansionem
tradueuntur: illud etiam additum fuisse, commentariensem, si-
ue eum, qui carceratis cibaria præbet, solere ab illis, qui à carce-
re D. Capitanei Iustitiæ ad Rocchettam portæ Romanæ, mino-
ris incommodi gratia, duci volunt, singulos nummos regales
quotidie exigere: yiderenturq. hæc nullo modo tolleranda esse,
cum reis sat molesta sit carceratio ipsa, & impensa, quæ necessa-
riò subeunda est.

Senatus, re tota mature considerata, mandat tam custodibus car-
cerum, quam quibuscunque aliis carceratis, nè quicquam dire-
ctè, aut indirectè accipere audeant ab iis, qui siue spontè, siue ali-
ter, carceres ingrediuntur, nisi summam solidorum decē, dum-
modo tales ingredientes in carcere pernoctent, secus nihil om-
nino accipiant; nec pariter quicquam exigant ab iis, qui ad Roc-
chettam traducuntur pro tempore quo ibi fuerint; sub pœna
tuum iduum funis: eadem pœna plecti mandat quicunque au-
sus.

EXCELSIOR ORDINIS

60

quem ex notariis, quem ipse maluerit, teneatur liber magnus, in
quo describantur nomina singulorum carceratorum, & dies, in
quo consignati fuerint, & per quem, & de eius mandato, & qua
de causa, & per quem notarium eius causa tractetur, necno etiā
eius relaxatio, & tempus relaxationis, & cuius iussu fuerit dimis-
sus; ita vt clarus, quoties opus fuerit, videri possit numerus car-
ceratorum. teneaturq. notarius, & custos ipsius libri, illum ad
omnem requisitionem protectorum carceratorum ostendere,
& inspiciendum permittere.

Vicarius Iustitiæ, ne cnon cæteri Iudices criminales, & ipsi, præ-
terquām ex ordinibus iam æditis cauetur, nihil ultra accipient,
sub pœnis in ipsis ordinibus expressis; ad quarum exequutionē
aduersus contrafacientes deuenietur, etiam ex secretis, & extra-
ordinariis probationibus.

Ad Senatum autem, pro relationibus faciendis, veniant tantum
diebus, quibus non habetur publica audientia, nisi aliter sibi in-
iunctum esset.

Notarius criminalium ad officium Capitanei Iustitiæ, nullū alium
notarium in eo officio habere possit, nisi prius sit à Senatu ap-
probatus: nominabitq. aliquos, ex quibus septem à Senatu deli-
gentur, qui in eo officio processibus incumbant.

Vñus autem, ex dictis notariis, curam habeat particularēm pro-
cessuum in causis contrauenientium proclamationibus armorū
& aliis, quæ ab Illust. Gubernatoribus, siue à Senatu fieri contin-
gent, teneatq. superinde particularēm librum, in quo condem-
nationes, compositiones, & quæcunque alia acta conscribantur,
vt supra dictum est, sub pœna scutorum xxv. Fisco applican. &
alia grauiori arbitrio Senatus.

Notarij prædicti solliciti sint, & præstò semper adsine Capitaneo,
Vicario, aliis iudicibus, & Fiscalibus, statum processuum, prout
opus erit, illis memoria reducant; examina reorū pro delictis,
quibus corporalis pœna, vel confiscatio bonorum ingeritur, ip-
simet scribant, & non per coadiutores, iudice, vel aliquo ex Fi-
scalibus dictante iuxta ordines; idem etiam de testibus ad defen-
sam in prædictis causis; sub pœna scutorum ducentum, & priu-
ationis officij, & notariatus, & grauiori etiā arbitrio Senatus.

Ipsi etiam notarij, tam officij Capitanei, quam Prætoris, visitatio-
nibus mortuorum, vel vulneratorum in casibus grauibus incum-
bant in ciuitate, & suburbis; nec fieri possint per coadiutores,
nisi forte in facto se reperirent, vel nisi ex iussu Capitanei, vel

Vica-

HAKOVA
AVT ORDINES

⁶²
fus fuerit carceratum aliquem spoliare , etiam dum ad malam mansionem traducitur . Et quia inoleuit corruptela , vt qui antiquior est carceratus in mala mansione , & Prætor appellatur , pecunias quasdam ab aliis carceratis exigere soleat . Senatus prohibet ne quicquam , ultra solidos quinque , exigatur , sub eadem pena . Cumq. s̄pē euenire soleat , vt carcerati , vel post absolutionem , vel post das penas , retineantur pro impensa cibaria , quam propter paupertatem soluere nequeunt ; iubet Senatus , nisi commentariensis opportuno tempore sibi pro expensis cauerit , illos tales liberè dimitti , vbi alias modum soluendi nō habeant : & quia nonnunquam diutius , quām par est , in carceribus retinentur causa notariorum , & scribarum , qui processus tradere pauperibus gratis recusant ; huic quoque casui prouidere volens Senatus mandat notariis , & scribis , vt miserabilibus personis copias processuum , vbi publicati fuerint , statim edant , absque illa solutione , sub pena scutorum decem auri Fisco Regio applican . quotiescumque contra factum fuerit . M D LXI . xxvj . Nouembris .

DECRETVM PERTINENS AD
GRATIARVM APPROBATIONEM .

M D LXIII . DIE XXX . JANVARI.

V : v compertum est , plerosq. literas gratiæ consecutos pro homicidiis , in quibus , aut ex processu , vel aliter , insurgit suspicio animi deliberati , & condemnatus dicit velle qualitatem animi deliberati abesse probare , & sic ab Illust . Locum tenente cœiduntur literæ gratiæ cum illa conditione ; ad eam excludendam testes producere coram Senatu tempore petitæ earum literarū approbationis , qui s̄pē numero falsitatem dicere non dubitarent ; idq. potissimum in causa est , quia peracto examine statim dimittuntur testes , cum retineri deberent ad eos excutiendos , si opus esset . Huic rei Senatus occurtere volens , decreuit mandandum esse , vti mandat , Fiscalibus , & Secretariis , corā quibus huiusmodi testes examinari continget , quod finito examine illos de cætero non dimittant , verum custodi carcerū cōsignent , vt ibi affluentur , quo usque super approbatione gratiæ delibera tum fuerit . CON-

EXCELL. SENATVS.

CONTRA IMPVITATOS IDE SODOMIA

non esse faciendam condemnationem cum

metatim bonorum confiscatione .

ОЗОЖНО ОУТИТ

M D LXIII . DIE XIX . IULII .

CONSVENTE Excell. Senatum Egregio D. Capitaneo Iusticiæ , vtrum in condemnationibus , si quas fieri continget , contra imputatos de Sodomia , veniat bonorum confiscatio , cum de ea nec per statutum Mediolani , nec per Cæsareas Constitutiones , aliquid expressè caueatur , immo obseruantiam esse nullam publicationem bonorum fieri , etiam in toto Dominio Mediolani : Senatus præfati D. Capitanei , ac eius curiæ voto intellecto , omnibus mature consideratis , & præsertim ipsa obseruantia . Declarauit , re bene discussa , in casu prædicto publicationem bonorum minimè venire , nec fiendam esse condemnationem cum confiscatione bonorum . Landrianus .

DECRETVM PERTINENS AD ONERA

BONORVM FEUDALIVM .

M D LXIII . DIE XV . IULII .

IN causa D. Feudatariorum prætentientium immunitatē bonorum ipsorum Feudalium in hoc Dominio existentium , visis scripturis per eos , seu eorum nomine , exhibitis ; ac auditis duobus ex numero Senatorio delegatis super causis immunitatum , qui plures aduocatos præfatorum D. Feudatariorum coram se habuerunt , ac audiuerunt , & omnia referenda in Senatu retulerūt ; omnibusq. bene , ac mature consideratis . Senatus ordinauit , ac declarauit , prædia Feudalia à retroactis Principibus huius Dominij , vel etiam à Serenissimo Rege nostro in feudum obtenta , aut recognita , describi debere super libro particulari ; & pro eis solvi debere onera mensualis impositi ab anno 1556 . proximè præterito citra ; neçnon aureorum quingentorum millium impositorum de anno 1559 . ac onera mensualis in futurum imponendi ; & alia onera imponenda ex causa belli , aut conseruationis Status . Ita tamen , quod pro bonis prædictis solvatur cum diminutione tertia partis eius , quod solueretur , vbi bona prædicta essent merè allodialia . Et quod propter præsentem ordinationem nullum intelligatur factum præiudicium iuri exigendi annatam , ad quam dicta bona alias sint obnoxia , & saluo

ORDINES
no iure declarandi sup aliis bonis feudalibus. Annibal.Cruceius.
DE PRAETENDENTIBVS IMMVNITATEM
TITVL O NERO SO.

M D LXIII. DIE XV. IULII.
IN causa prætendentium immunitatem titulo oneroso, propter pecunias per eos solitas in executione Decreti editi de anno. 1439. aut 1440. pro obtinenda confirmatione, seu renouatione eorum antiquarum immunitatum; & Ciuitatum huius Dominij contrarium prætendentium; Auditis aduocatis partium, necno duobus ex ordine Senatorio ad dictas causas delegatis, qui plures partes, & illarum aduocatos coram se habuerunt, & tandem omnia in Senatu retulerunt: omnibusq. bene & diu consideratis. Senatus ordinavit, ac declarauit, nec virtute dictarum pecuniarum vsuprasolitarum, nec virtute dictorum decretorum, immunitates prædictas acquisuisse qualitatem tituli onerosi; nec beneficio dicti tituli gaudere posse: & ita seruari mandauit.

Annibal Cruceius.

DECLARATIO PERTINENS AD
IMMVNITATEM XII. LIBERORVM.

M D LXIII. DIE X. NOVEMBRI.

CVM orta eslet dubitatio, an filii eorum, quibus immunitas ratione duodecim liberorum concessa fuerat, defunctis parentibus, & ipsis ad minorem numerum quam duodecim reductis, ipsis tamen in communione existentibus, & habitantibus, adhuc in fruenda immunitate ipsa perseverare deberent; eo quia nonnulli ex eis liberis, quorum aliqui deceperant, a possessione ipsius immunitatis ammoti dicerentur: ac de ea re factum in Excell. Senatu verbū fuisse ab Egr. D. Vicario Provisoriū Mediolani. Senatus re mature, ac diligenter perpensa, & examinata, & edictus quid alia super hoc terminatum fuerit; Censuit huiusmodi filios, etiam si aliqui ex iis obierint, perseverare debere in fruenda ea immunitate, dummodo in communione viuant, & habitent.

Annibal Cruceius.

Immunitate 12.
liberorum, superuenientes gaudent,
etiam si aliqui ex iis
obierint, dummodo
in communione viuant
et habitent

EXCELL. SENATVS.
DE IIS, QVI PRAETEXTV PAUPERTATIS
pœnam pecuniariam in corporalem com-
mutari sibi obtainent.

M D LXIII. DIE IIII. JANVARII.

Ex iis, qui quandoque in pœnam pecuniariam damnantur, aliqui sunt, qui paupertatem, & miserabilitatem prætendentes obtinent (ea nonnunquam per falsos testes, licet citato Fisco, & præsente examinandi essent, probata) pecuniariam pœnam in corporalem commutari. Quod Fiscus Regiæ Cameræ damnum admodum esse contendit; ac propterea petiit fraudi huic prouideri: præsertim cum aliqui reperti sint, qui etiam tempore factæ eiusmodi commutationis, vel credita & iura aliqua habebant, vel bona etiam immobilia possidebant. Itaque re ad Senatum relata, diligenterq. ac mature perpensa.

Senatus declarauit, mentis suæ non fuisse, nec esse, per eiusmodi commutations tollere, quin Fiscus, seruatis, tamen in reliquis seruandis, pecuniarias condemnationes consequi possit super creditis, vel iuribus, aut aliis quibuslibet bonis eiusmodi damnatorum, si quæ tempore commutationis habuisse, vel habere, aut possedisse, vel possidere compertantur; etiam si pœnas corporales, prætextu probationis paupertatis, aut miserabilitatis personaruerint, aut in futurum persoluturi sint.

CASVS GRATIAE RESERVATI
REGIAE MAIESTATI.

PHILIPPVS Dei gratia Hispaniarum, utriusque Siciliæ, Hierusalem, &c. Rex, Dux Mediolani, &c. Magnifici, Reuerendi, Speciales, Nobiles, docti, deuoti, fideles, dilecti, Literis vestris die xxij. Junij certiores redditū sumus, quæ nam vobis ex delictis aetrocibus videantur, quorum remittendorum auctoritas ex ordinibus Vuormaciensibus generaliter nobis reseruata est, præter ea, quæ in eisdem ordinibus specialiter expressa sunt, videlicet rebellionis, sive læsa Maiestatis, homicidij præmeditati, ac adulterata pecunia. Nos autem, mature criminibus huiuscmodi perpenfis, aliqua etiam ultra ea, quæ per vos commemorata sunt, addenda censuimus; quæ omnia his nostris specialiter describi, de hiisque Illust Locumtenentem istic nostrum admoneri mandauius, ut ab his condonandis deinceps abstineat. His Digi.

ORDINES

igitur nostris volumus, & declaramus, delicta atrocia, quorum
nobis condonatio, ut permittitur, reseruata est, infra scripta omnia censeri debere: videlicet,

Homicidium ab eo commissum, qui alia duo homicidia patrauit,
etiam si ob ea damnatus nondum sit.

Vulnus proditorie sclopo rotato illatum, etiam si mors non succedat.

Diminutionem monetarum, ubi amplius quam semel fiat.

Raptum mulieris honestae, etiam si copula non sequatur.

Vsum venereum cum sanctimoniali in habitu intra monasterium degente.

Sodomiam.

Spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum.

Adulterantes sigillum Principis, vel Senatus.

Propinationem veneni.

Cadem officialis Ducalis.

Qui seditionem mouent, populumque, aut plebem aduersus Principis, aut Senatus decreta, & prouisiones concitant.

Qui testimonium falsum in causa, in qua ingeratur poena mortis naturalis, ad alicuius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant.

Qui exequitiones reorum, ubi de mortis, vel mutilationis membrorum poena agitur, impediunt, vel ab aliis impediri curant, aut mandant. Dat. Segouie, leet. nono mensis Augusti. 1565.

Signat. Io El Rey.

Vargas. Vid. Casatus R.

A tergo, Magn. Reuer. Spectabilibus, Nobilibus, Doctis, Doctis, Fidelibus, Dilectis Praesidi & Senati Status nostri Mediolani.

EXCELL. SENATVS.
DOMINVM DOMVS NON ESSE
molestandum, in qua banniti ipso inscio
receptati fuerint.

PHILLIPPVS HISPANIARVM ETC. REX,
ET MEDIOLANI DVX, ETC.

DILECTE noster, vidimus relationem, quam fecistis ex ordine nostro de imputatis a Baptista Bonolo bannito, eo quod ipsum receptauerint: & omnibus consideratis, vobis committimus, ut omnes nominatos in ipsa relatione imputatos de banniti receptione non molestetis. Et posthac caueatis eos molestare, contra quos non adsint indicia, quod ipsis scientibus in eorum domibus banniti fuerint receptati; vti sunt fratres de Tonellis, & Iacobus de Rocco, quos Bonolus non dixit eius receptione habuisse scientiam. & propterea eos volumus liberari, & penitus absque ulteriori impensa. Mediolani die tertio Nouembris. M D LXV.

Io. Maria Cattaneus.

A tergo Egregio Iureconsulto Praetori Nouariae.

ORDINES
68 **QUOD IN IMPETRANDIS PROROGATIONIBUS instantiarum seruetur ad ynguem
formam constitutionum.**


M D LXVI. DIE SECUNDI APRILIS.
ANIMADVERTIT iamdudum Senatus Excellentissimus, nonnullos abusus inoleuisse in impetrandis instantiarum causarum prorogationibus, eam potissimum ob causam, quod nouarum Constitutionum forma, iuxta quam supplicationes fieri debere statutum est, à plerisque negligitur: quod cum tollerandum diutius non videatur. Senatus statuit, & ordinat, nullas posthac instantiarum causarum prorogationes fieri debere, nisi in supplicationibus porrigitis pro eis impetrandis seruata fuerit ad ynguem formam dictarum Constitutionum, tam circa exprimentem numerū prorogationum iam obtentarum, quam circa causas per Iudicē exprimendas, & reliqua omnia in eis contenta. Annibal.Cruceius.

**ALIVD DECRETVM IN
MATERIA PROROGATIONVM.**

M D LXVII. DIE IIII MAYI.
Post editum, die secundomensis proximi superioris, Senatus consultum de porrigidis supplicationibus ad impetrandas à Senatu prorogationes instantiae causarum; quo in Senatus consulo de exprimento prorogationum iam obtentarum numero mentio facta fuit; animaduertit Senatus difficile admodum fore numerum adiuuenire prorogationum omnium in causis multos ante annos cœptis factarum. Proinde, ut hac molestia, nec nō & impensa, quæ in eis prorogationibus conquirendis non exigua facienda esset, subditos liberaret. Censuit satis esse, si loco exprimenti eiusmodi prorogationū numeri, exprimatur tempus litis contestatz. Annibal.Cruceius.

ORDINES
69 **CANCELLARIAE**

EXCELENTISSIMI SENATUS.



M D LXVI. DIE SECUNDI APRILIS.

VM in plerosq. ordines Officialium Cancellariæ Excell. Senatus Mediolanialiquæ corruptelæ inuasiflent: quæ non solum Senatus ipsius spléderem maculis aspergere, & officialibus non parū dedecoris afferre videbantur, sed etiam priuatum rebus perniciosæ esse poterant: earum certior tandem factus Senatus modum aliquem ponere optimum arbitratus est: quo, & splendor suus illæsus seruaretur, & suum officialibus decus restitueretur, & priuatorum vtilitati simul consideretur. Et quoniam totius rei summa & cardo in prima eoru electione versatur; & qui in Cancellaria scriptores appellantur, aliorum tanquam seminarium quoddam existunt: ex iis enim ad extremum Secretarij creantur: maximi autem refert (vt in vicinis plantandis è quo vitium genere plantentur) cuius indolis, ac eruditioñis, quorumq. morum ijs sint, qui ad superiores ordines pro tempore traduci debeant; à Scriptoribus potissimum incipendum, mox de aliis ordinatim tractandum, & quid quisque seruare debeat, sanciendum esse iudicauit. De Scriptoribus igitur ita primū statuit, & decernit.

**DE SCRIP TORIBVS
CANCELLARIAE.**

NVLVS Scriptor in Cancellariam posthac introducatur: nisi prius legitime constituerit, eum honestis parentibus ortum esse, præditum bonis moribus, latiniq. literis bene eruditum: De quibus ab uno ex publicis professoribus humanarum literarum periculum fiat coram Senatore, & Secretario eligendis. sciat autem is non modo recte, & seruata orthographia, sed etiam pulchris & elegantibus characteribus scribere: nisi adeò literis excelleret,

D 3 vt

ORDINES

⁷⁰ Ut etiam sine hac characterum elegantia mereretur admitti. Et cum aliquis admittetur, iuramentum præstet more officialium à Principe creatorum.

Qui nunc introduci reperiuntur, cum numerum alias p̄finitum excedant, & ex iis quidam minus idonei esse dicantur; interrogentur omnes de literis modo antedicto. idonei reperti retineantur ad numerum octo, ultra prorogationum receptorē, & archivij custodem. Quod si ex ijs, qui nunc adsunt, octo idonei non reperientur, alij conquirantur, & admittantur.

Eorum officium erit, literas, & supplicationum literis includendū exempla scribere: nec ab aliis scripta accipere, nisi conferant cum decretatis, & eis subscriptant. pro qua collatione nihil omnino accipiant, etiam à sponte dantibus: quia literæ missiuæ gratis scribi debent, ut superioribus temporibus fieri consuerat; Secretarium acta tenere, prout alius ab alio eorum fuerit electus, quemadmodum infra, cum de Secretarijs tractabitur, dicitur: pro quorum omnium scripture nihil plus accipiant, quam alias ordinatum fuit.

A minutis, ut vocant, faciendis Scriptores admittendi, vel retinendi vñ supra, abstineant.

Hora campanoni parui mane in Cancellaria omnino adsint, nec nisi discedente Thesaurario, aut habita ab aliquo Secretario licentia, discedant: à prandio autem, aestate hora xix. hieme xxj. neque discedant, nisi vñ supra.

Contrafacentibus poena erit electio è Cancellaria, & alia grauior Senatus arbitratu.

Non nominentur Scriptores, ut ad coadiutoratus officium promouantur, nisi ex testimonio Secretariorum, aut maioris partis eorum, illos idoneos esse constiterit.

DE COADIVTORIBVS.

COADIVTORVM officium erit omnia, quæ ex officio scribēda erunt, vbi eis vel a Thesaurario, vel ab aliquo Secretario iniungatur, statim, & nulla expectata mercede, & literas missiuas scribere: pro quibus nihil etiam à sponte dantibus accipiant; nisi supplicationis exemplum quoque scripserint: pro quo nihil plus exigant, quam aliis ordinibus permisum fuit.

Literarum verò patentium mercedem exigant, sed moderatam, ita, ut si papyro mediocris formæ contineri possint, non ultra

foli-

EXCELL. SENATVS

⁷¹ solidos xv. si maioris formæ papyro scribi necesse fuerit, non ultra xxiiij. accipient.

A faciendis minutis ipsi quoque abstineant: quia illæ ad Cancellarios pertinent, ut loco suo dicetur.

Vnus eorum semper hebdomadarius sit: & hora, qua Senatus conuenire solet, in Cancellaria præstò sit: omnium expeditionum, criminalibus exceptis, indicem scribat muro affigendum, nec aliqua in parte posteā delendum: in quibus si aliquas inexpeditas repererit, eas in indice minimè describat: sed ad Senatores, qui subscripterint, à supplicantibus non videndas remittat, retento earum particulari indice, nemini ostendendo.

Alij adsint, maneatque in Cancellaria iisdem horis, quibus Scriptores adesse, & manere iussi sunt.

Inobedientibus poena erit primò pecunia sigillaris menstruæ retentio: secundò suspensio trimestris ab officio, cum retentione pecunia sigillaris eius temporis: tertio alia grauior, etiam priuationis officij, Senatus arbitratu.

Nullus Coadiutor ad officium Cancellarij promouendus nominetur, nisi Secretarium testimonio, vñ supra idoneum cum esse constiterit.

DE CANCELLARIIS.

CANCELLARIJ omnes ad Cancellarij mane hora primi campanoni veniant; omniumque supplicationum à Senatoribus decretatarum, & non aliter, minutas faciant, neque aliis tradant, ab eisue accipi finant: nec recedant, nisi minutis omnibus absolutis. quas, si ante Senatus discessum absolui contigerit, non tamen abeant, nisi abeunte Senatu. à prandio aestate adsint hora xix. hieme xxj. nec recedant, nisi vñ supra.

Qui eorum hebdomadarius fuerit; hora, qua conuenit Senatus, præstò illic sit; curetque in primis, nè decretationes ad aliorum, quam Cancellariorum, manus deueniant, neue à supplicantibus inspiciantur, neue eis tradantur.

Abstineant Cancellarij à scribendis literarum patentium, aut supplicationum exemplis; nisi necessaria ex causa: & Secretarij eis aliter non subscriptant.

Non faciant minutas supplicationum non decretatarum, vñ supra dictum est.

Pœna inobseruantibus cædem erunt, quæ sunt Coadiutoribus indictæ.

D 4 Nul-

ORDINES

72
Nullus Cancellarius ad Secretarij officium promouēndus nōm̄-
netur; nisi constiterit vt supra.

DE THESAVRARIO.

THESAVRARIVS in Cancellaria quotidie adsit horis, quæ aliis
officialibus præscriptæ sunt: neque discedat; nisi discedente Se-
cretario hebdomodario: qui & ipse non, nisi hora congrua, vt
loco suo dicetur, discedat.

A Coadiutori hebdomodario expeditiones accipiat, & cum indi-
ce facto conferat, & recognoscatur, eique subscribat: nec a parti-
bus, nec ab aliis, exceptis Secretariis, & suo adiutori, illas euol-
ui, aut inspici sinat: sed ipse eas querat, & suas cuique ostendat,
non tamen tradat: sed per hostiarium Coadiutoribus, vel Scri-
ptoribus, cùm partes voluerint, describendas tradi curet. si quæ
postea defecerint, earum rationem se omnino redditurum esse
sciat.

Omnia distribuenda æqua lance distribuat, Coadiutoribus pri-
mū, deinde Scriptoribus, iuxta alias ordinata; nec eorum quid-
quam ipse scribat, nec cum scribentibus participet.

Quæ ad Secretarios pertinebunt, vt sunt audientiæ, status causa-
rum, & alia huiusmodi, ea inter eorum Scriptores æqualiter, &
absque vlla personarum acceptione, partiatur.

Pecuniarum rationem optimam teneat, neque quidquam ultra ta-
xationes alias factas exigat. Neminem immunem faciat, excep-
tis officialibus Regiis perpetuis, curialibus Principis personæ
deseruentibus, religiosis mendicantibus, hospitalibus, aliisque
locis piis eleemosynas distribuentibus, miserabilibus personis,
habita miserabilitatis fide iuxta ordines, Aduocatis ordinariis
coram Senatu causas frequenter dicentibus, causidicis Seniori-
bus ad xij. Cancellariis Senatorum, atque actuariis Capitanei Iu-
sticiae Prætoris Mediolani, Vicarij Prouisionum, officij Paniga-
rolarum, & officialibus biennalibus ciuitatis Mediolani duran-
te biennio.

Adiutorē habeat, non Scriptorem, sed Coadiutorem hebdomo-
darium: qui ea hebdomoda nihil ad Cancellariam pertinens, nisi
expeditionum indicem, & pecuniam in libro Thesaurarij, scri-
bat: sed curet diligenter nè expeditiones à quoquam, nisi vt su-
pra, euoluantur, & inspiciantur, neue in finistrum transeant.
Quod si aliquando indicem facere, & pecuniam scribere, com-

mo-

EXCELLSENATVS.

73
modè non poterit; prouideant Secretarij, vt successurus hebdo-
moda sequenti ei auxilietur.

Si aliquo legitimo impedimento detinebitur, vnum ex Cancella-
riis antiquioribꝫ, à Secretariis nominandū substituere possit.
Subiaceat pœnis aliis Cancellariis indictis.

DE RECEPTORE

PRO ROGATIONVM.

RECEPTOR prorogationum horis Coadiutoribus præfixis ad-
dit, nec recedat nisi recedente Thesaurario: seruet inuolate, &
ad vngueim ordines suos: nec contra eos, etiam assentientibus
ambabus partibus, quidquam faciat: moneatq. omnes talē esse
Senatus mentem. In cæteris quæcunque de Coadiutoribus statu-
ta, & ordinata sunt, obseruet, sub pœna illis indicta.
Possit etiam ipse, vbi idoneus esse reperiatur, nominari cum cæ-
teris Scriptoribus.

DE CUSTODE ARCHIVI.

ARCHIVI custos hora primi campanoni quotidie adsit; & om-
nia seruet, quæ de scriptoribus ordinata, sancitaq. sunt.

Diligentiam sumam in custodiendis scripturis adhibeat; nec
quempiam ad eas manu apponere sinat; nisi sit ex iis, qui in
Cancellaria admissi sunt.

Si querendæ erunt scripturæ mensis tunc labentis, aut proximi
superioris, nihil omnino accipiat, nisi pro scriptura, si quam fa-
cere contigerit, iuxta ordines: si alterius temporis, solidos quin-
que ultrascripturam, pro quois scripturarum cumulo, seu filo,
vbi dies certa detur: vbi autem certa dies non detur, solidos de-
cem, ultra scripturam accipiat: nec ultra diem vnum, postquam
requisitus fuerit, querere differat: ne procrastinando inducat
scripturis indigentes ad maiorem suminam persoluendam.

Contrafaciēti pœna eadem erit: quæ Scriptoribus aliis est im-
posita.

DE

DE SECRETARIIS.

ET SI Secretarij quotidie in oculis Senatus versantur, ideoq. cāstigatione minus egere debent; attamen in his ordinibus p̄termittendi non sunt.

Secretarij officium suum laudis, & honoris, non alterius cuiusquam reicertamen esse sciant: quamobrem diligentes, & assidui sint: fidemq. studiosissime colant. Secreta Senatus nominis sui memores nequaquam euulgent: & ordines alias q̄editos obseruent.

Qui eorum hebdomadarius fuerit, summo mane conueniente Senatu adsit; & post Senatus discessum horam saltē in Cancellaria maneat, & cum eo aliis, is videlicet, qui ei hebdomada sequente successurus est.

Qui Ticinensis academiæ curam gerit, onus sustineat scribendi ad Reg. Maiestatem, aliosq. Principes, quotiescumque oportuerit: idem etiā confinium causas tractet cum Senatoribus ad id deputatis, deputandisue; quoisque aliud ordinatum fuerit.

Nullis expeditionibus Secretarij subscriptibant, nec etiam diebus festis; nisi ab admissis in Cancellaria scriptæ, & Thesaurarij manu subscriptæ fuerint: nullis etiam literis abrasis, maculatisue, aut aliter deformatis.

Literarum criminalium minutæ, quas secretas esse oportet, ipsi faciant; vel ab alio fido dictantes ipsi scribi current, & ostiariis tradant, quò oportuerit, deferendas.

Vnum tantum sibi Scriptorem, iuxta alias ordinata, ex approbatis, & admissis, singuli elegant, nisi Coadiutorē maluerit: nec acta sua per aliorum manus ambulare, aut tractari permittant.

Neminem ex iis, qui vel per approbationem gratiæ, vel aliter liberantur, aut è carcere dimitti iubentur, relaxarifaciant; nisi approbatione, vel absolutione, vel alia ordinatione, à Præside, Propræsideue subscripta.

In audiendorum indice non ultra septem, & non, nisi habita relatione monitionis aduersariorum, describant, ea cautione, ut qui prius obtinuerint, & insteterint, prius describantur. Descriptorum ordinem mutare, aut descriptum quempiam delere non au deant; nisi Præsidis, aut Propræsidis auctoritate accidente.

Qui fecus, quām his, & aliis ordinibus statutum est, fecerint, præterquam quod Senatus gratia excident; pœnas etiam dabunt,

bunt, quas Senatus ipse arbitratus fuerit.

DE OSTIARIIS.

OSTIARI, quò sunt aliis omnibus officialibus inferiores, eò humilius, ac submissius se gerere debent; nec superbè, & insolenter respondere, inter se quotidie rixari, & perstrepare, clamoribusq., ac iurgiis omnia complere. Proinde ab iis omnibus abstineant: officium suum, & operam libenter indigentibus impartiantur; nec tergiuersentur, laboresue declinent, & fugiant, dum alius alium respicit.

Contenti sint statuta mercede, ac pro sigillo nihil omnino, etiam à sponte dantibus, accipiant, quemadmodum alias quoque ordinatum fuit. Pro supplicationibus, aliisq. scripturis hac in ciuitate intimandis non plus, quām solidos quatuor, in suburbis verò non ultra sex accipient. Pro iis autem, quas extra suburbia intimari contigerit, vbi eodem die reuerti commode possint, non ultra solidos quadraginta, omnibus computatis, accipiant: vbi autem ultra diem unum abesse oporteat, solidos viginti tantum, ultra equum, & impensam cibarium, singulis diebus accipiant: neque permittant alium, etiam si esset ex publicis seruatoribus Communis Mediolani, suo loco proficiisci.

Sedente Senatu unus, aliis alteri ostio semper adstet: ascendi autem ad causas publicè audiendas duo adsint, contrahe dis & explicandi sifariis; nec locum deserant, nisi descendente Senatu. aliis, vt anteà fieri solebat, aditum Aduocatorum obseruet, neminemq. obstrepare, aut deambulare sinat, canes etiā latrantes abigat. aliis in Cancellaria semper Thesaurario præstò sit, qui minutæ ad Coadiutores & Scriptores, aut aliò, quò opus fuerit, deferat: quia nullo modo partibus tradi debent. aliis sigillandis literis incumbat.

Festis diebus omnibus duo ex eis Præsidi, Propræsidiue assitant, aliis diebus unus.

Decretatas supplications nulli omnino, nisi Cancellario hebdomadio, minutæ verò ciuiles nulli, nisi Coadiutori hebdomadio, tradant: neque has, neque illas à quoquam ullo modo inspicisint.

Criminales verò omnes Secretario hebdomadio, suas cuique daturo, præbeant: quas nec ipsi legant, nec aliis ostendant; caueantq., si quid ipsi intellexerint, nè cuiquam referant, aut si gnis

3V. I ORDINES

76
gnis aliquibus indicent, declarentur, sub pena priuationis officij, & alia etiam corporali, Senatus arbitratu.
Pro deferendis ad Senatores, Praesidemue minutis, ac relationibus criminalibus, &c, ut dicunt, bulletinis in Senatum, nihil penitus accipiant etiam a sponte dantibus: in ceteris ordines alias editos ad vnguem seruent.
Contrafacentibus, salua semper pena paulo supra ad res criminales imposta, primò pena erit priatio pecunia sigillaris bimestris: secundo priatio officij: atque vni fidedigno testi fides adhibebitur.
Nullus cuiusvis ordinis Cancellariæ causas, expeditionesue aliquas, nisi sint ipsius propriæ, apud Senatum, Senatoresue, sollicitet, aut procuret.
Nullus supplicationibus, aut aliis scripturis nomen, cognomenue suum inscribat, aut ab aliis inscribi curet, aut patiatur: & si scriptum fuerit, deleat, aut abscondat.
Contrafacentibus penæ erunt eadem, quæ superius singulis ordinibus imposta sunt.
Quia verò mentis Senatus est, vt supra scripta omnia omnino serventur ad vnguem: elegit D. Facium Gallaranum Secretarium: cui mandat, vt sedulo & accuratè inuigilet, circumspiciatq. quid quisque in officio suo faciat: & si quem a præscripto aberrare, & inobseruantem esse compererit; illico ad Senatum, aut ad Praesidem, Propræsidemue, si ex aliis officialibus fuerit, referat: si autem ex ostiariis, ipse in comminatas penas condemnet, iusticia semper, ac veritate pra oculis habita.

Si contrafacentem, aut inobedientem aliquem pecunia sigillari multari contigerit, ea pecunia in ornamenta altaris Senatus expendatur.

Ceterum, quia superuenire aliquando possunt impedimenta aliqua prohibentia, ne quis iuxta præscriptum adesse queat; permittit Senatus, vt qui legitimè impediti fuerint, alium sui ordinis substituant.

Annibal Crucius.

EXCELL. SENATVS.
DECRETVM PERTINENS
AD SVPERSEDENTIAS.

M D LXVI. DIE XII. IVNII.

Et si nouis Constitutionibus cautum est, quando Iudices causarum ciuilium supersedere debeant; vbi ultra partium porrecta supplicatione causam in Senatum introduxerit; & vel partes audiiri, vel preces in themari, vel aliter aduersarium ad Senatum, vel Senatorem euocari obtinuerit: videtur tamen Iudices ipsos in omnibus causis; in quibus aliqua dictarum prouisionum obtenta fuerit; etiam si supersedentia adscripta non sit; ob reuerentia quandam, sive ad partium instantiam, supersedere: atque hoc modo causarum expeditionem in longius, quam par sit, tempus protrahi; non sine magno partis alterius incommodo, & damno. Quo circa procrastinationes huiusmodi tollere volens Senatus, matura super ea re consideratione habita.

Censuit, mandandum esse, prout mandat, omnibus Iudicibus causarum ciuilium, & criminalium tam in ciuitate Mediolani, quam extra, ne per quanicunque dictarum prouisionum a Senatu, Senatoreue obtentarum, prætextu aliquo etiam reuerentia Senatus, vlo modo supersedeant: nisi in ipsis prouisionibus iuxta formam ipsarum Constitutionum expresse adscripta fuerit supersedentia.

Annibal Crucius.

ALIVD DECRETVM PERTINENS
AD PROROGATIONES.

M D LXVI. DIE XIII. IVNII.

Quia mentis Excell. Senatus est, vt causarum nimis procrastinationes, & diuturnitates omnino tollantur; ac propterea introductum fuit, vt solite formulæ literarum prorogationum instantiarum causarum, vbi iam ultra triennium prorogatae revertantur, addatur dictio peremptoriæ, vel aliquid aliud idem valens; ac fieri potest, vt eo non obstante, aliqui etiam instantiam modo prorogatam prorogari denuo postulent.

Senatus censuit, eos omnes; qui instantiam, eiusmodi cum additione prorogatam, prorogari rursus petierint; teneri eius additionis in literis iam obtentis apposita, & quoties apposita fuerit, mentionem facere: alioqui prorogatio, quæ concedetur, nulla sit, & nullius momenti: prout iam nunc Senatus ipse nullæ;

ac

78 ORDINES
ac nullius momenti esse, declarat. Annibal Cruceius.

QVOD TERMINVS PRAEFINITVS
ad decidendum articulum an causa sit appellabilis, non nisi bis, proerogetur.

M D LXVI. DIE IX. AVGUSTI.

INTER alia, quæ iustitiae exequutionem valde impeditunt, & in longum tempus producunt; terminus est dierum decem Iudicibus appellationum præfinitus ad decidendum articulum, an causæ sint appellabiles; si multoties terminus ipse prorogaretur. Ita enim fieret, vt articulus, qui diebus decem decidi omnino deberet, ne annis quinque decideretur, vel propter Iudicum negligentiæ, vel propter appellantium calumniam, vel propter vtrunque simul. Proinde cum maximè ad Senatum pertineat efficere, vt & Iudicum negligentia, si qua est, occurratur; & quidquid calumniam in appellantibus est, amputetur ac litibus, quam citius fieri potest, finis imponatur & sententiarum latarum exequutio, vt par est, non retardetur.

Senatus, re hac tota mature deliberata, decreuit, ac statuit antedictum terminum ad articulum, an causæ appellabiles sint, necnè, decidendum præfinitu, non plus quam semel, bisue ad summum; nec nisi maxima ex causa; prorogare velle: Mandatq. vt si qui eum prorogari petierint, exprimere teneantur, an alias, & quoties, terminus ipse prorogatus fuerit: alioquin obtenta prorogatio nulla sit, & pro non concessa habeatur. Insuper Senatus ipse decernit, & vult, quod Iudices articuli, qui causam forte appellabilem esse declarauerint; in causa principali Iudices esse non possint; nisi ipsis deinde de partium consensu, absque aliqua fraude, causa committetur. Quæ omnia ut omnibus innotescat; Mandat idem Senatus omnibus, & singulis officialibus, ac iudicentibus Dominij Mediolani, tam mediatis, quam immedia- tis; vt Decretum hoc in locis solitis iurisdictionis eorum diuulgant, & aliorum ordinum numero adiungant, atque in posteru seruari current. Annibal Cruceius.

ORDO SERVANDVS IN COMMISSIONIBVS
CAVSARVM CIVILIVM.

PHILIPPVS De gratia Hispaniarum, vtriusque Siciliae, &c. Rex,

&

EXCEL SENATVS.

& Mediolani Dux, &c. Collegium DD. Iurecon. ciuitatis Mediolani porrexit nobis infra scriptas preces: in quibus petunt approbari ordinationem per eos factam tenore huiusmodi. videlicet, Sereniss. Rex, Quia æquum, & laudabile penes graues viros Statutum illud habitum semper fuit, per quod fraudes remoueretur, communiqué omnium & honori, & commodo consulitur: Idcirco animaduertentes Mag. Abbates, & Iureconsulti ex Vener. iurisperit. Mediolani Collegio, quod in commissionibus causarum, quæ indies sunt, innumeræ, haec turpissimæ fraudes committuntur, tam per aliquos Iudices, quam etiam actuarios, quibus cedulae confidentium erroneè deferuntur; cum dicant semper, neminem in cedula scribatur, in quem ipsi præ ceteris malint commissionē fieri: Rem profecto & turpem, & tam litigantibus, quam ceteris doctoribus apprimè præjudiciale, Relatione facta per non nullos ad id specialiter electos, omnibusque mature perensis, collegialiter sanxerunt, commissiones causarum per ipsos tantum Iudices fieri debere in eum, in quem cedulam vtrique pro rectam priori loco concurrere contigerit; cedulasque ipsas omnes, tam illas, in quibus confidentes non concordant, quam in quibus conueniunt, per Iudicem ipsum subscribi, & in actis ponit debere, ita vt ibi talia ad vnguem seruata non fuerint, cōmissio ipsa, & omnia subsequuta nullius sint robotis, non secus ac si facta non fuissent. vt ex ea, quæ exhibetur. Verum quia tale statutū absque M. V. approbatione procedere posse non videtur: ideo ex eiusdem etiam collegij voto ad M. V. recurrent Alexander Piola, Simon Bossius, & Io. Taberna moderni protectores ipsius collegij. Eamq. supplices rogant, vt dict. Collegij ordinationem de verbo ad verbū, prout iacet, approbare dignetur. Insuperq. mandare omnibus, & singulis huius Domini iudicen. quatenus ordinem ipsum sic à M. V. approbatum inconcussè custodiānt, & exequantur. vt speratur &c. Die Iouis xxvij. Septembris 1565. conuocato Collegio, propositum fuit, quod Magn. DD. Relatores electi ad prouidendum ne fierent praticæ comissionum, parati erant referre. & cum retulissent, collegium in eam venit sententiam, quod cedulae confidentium dentur Mag. DD. Iudicibus tantum. & per eos sicut commissiones: & quod cedulae ipse, tam in quibus confidentes non concordant, quam in quibus concordant, remaneant in actis illius Iudicis, per quem commissio fieri. Et quod prius referatur conclusio hæc Excell. Senatui, cuius

ORDINES

ius approbatio expectetur. illo etiam addito ex communi voto collegij, quod commissio causæ illi fiat, in quem cedulam vtranque priori loco concurrere contigerit, cedulaq. ipsæ ab eodem Iudice subscriptibantur. Et ubi predicta ad vnguem seruata non fuerint, commissio ipsa, cum omnibus exinde sequutis, nullius sit roboris, non secus, ac si facta non fuisse. NOS autem consideratis omnibus, & maximè recitatæ ordinatione, quæ facta videatur ad honorem ipsius collegij, & ad remouendas fraudes, quæ fieri contingebant in committēdis causis; decreuimus ipsam ordinationem, prout iacet, approbandā esse; prout approbamus. Mandan. quibus spectat: vt recitatam ordinationem seruent, & exequantur. In quorū fidē præsentes sigillo nostro munitas fieri iussimus Dat. Mediolani die xiiij. Augusti. 1566. Signat. Io. Maria Cattaneus. & sigillat. sigillo Regio Ducali, &c.

DECRETVM DE CAVSIS REMITTENDIS
a Senatoribus ad Iudices inferiores.

M D LXVI. DIE XVIII. SEPTEMBRIS.

DEMANDAVIT quandoque Senatus Excell. Mag. DD. Senatorib. causas aliquas ex iis: quas inferiores Iudices cognoscere possunt; ita, & maxima quidem cum instantia, requirentibus partibus; idquæ etiam rationabilibus ex causis. Sed cùm vsu postea compertum sit, propter varias, ac multiplices Senatorum occupationes in illis causis, quæ ab inferioribus Iudicibus cognosci nequeunt; alias diutius, quām pars sit, protrahi; longèq. maius ex ea re subditis incommodum, & iustitiæ detrimentum sequi, quām sit utilitas, quæ ex Senatus, aut Senatorum cognitione resultare possit.

Senatus subditis, quo ad eius fieri potest, consulere cupiens, censuit causas omnes coram Senatu, & Senatoribus introductas ad Iudices ordinarios, qui de eis alijs respectuè cognoscere possunt, esse remittendas; iis tantum exceptis, quarum processus perfecti omnino iam sunt, & Senatores clari adeò, vt nihil aliud agendum supersit, nisi vt ad sententiam deueniatur: & iis, in quibus de Regij Fisci interesse tractatur: & ijs; quæ Senatui vniuerso, vel Senatoribus à S.M. vel eius Locumtenente, vel aliter, praeterquām ab ipso Senatu, delegatæ sunt: necnon iis, in quibus Senatores, Senatorumq. filij aut conueniunt, aut conueniuntur. ex quoque omnes, quæ ex nouis constitutionibus specialiter, & ex

pref-

EXCELL. SENATVS.

presē ad Senatus cognitionem spectant, sine dubio retinendæ sunt.

Annibal Cruceius.

D E E O D E M.

M D LXVI. DIE XVII. OCTOBRI.

Post æditem ab Excell. Senatu decretum de causis à Senatoribus remittendis; visum est ei ordini non omnino plenè vniuerso ei negotio prouisum, nisi etiam iis; quorum causæ sunt; tēpus præfiniretur; intra quod illas remitti, si remittendæ, aut committi, si committendæ essent, curarent. Quam ob rem re matrè, atqué diligenter considerata.

Senatus edicit, vt omnes, qui causas coram Senatoribus habent remittendas; siue actores, siue rei sint; eas intra spatum duorum mensium, a die publicationis præsentis ædici inchoandorum, remitti, vel committi omnino current. Post quod tempus; nisi remissa, vel cōmissæ reperiantur; earum instantiam ex nunc, pro ut ex tunc, lapsam intelligi vult.

Annibal Cruceius.

D E E O D E M.

M D LXVI. DIE XXII. OCTOBRI.

Ne quandoque dubitari contingat, an causæ locorum piorū; quibus Senatores in Conseruatores, & Iudices dati sunt; sint retinendæ, vel remittendæ, iuxta formam decreti de causis remittendis superioribus diebus æditi.

Senatus declarat eas etiam remittendas esse; nisi sint eorum loco rum Piorum: quibus ex forma privilegiorum eis concessorū Senatores in conferuatores dare oporteat. Annibal Cruceius.

DECRETVM DE SYNDICATORIBVS.

M D LXVII. DIE IIII. DECEMBRIS.

CVM nonnulli ex Syndicatoribus, quorum munus præcipuum est curare, vt officiales exactam administratæ prouincia rationē reddant, nihil minus, quām quod sui muneris proprium est, præstent, id tantum studentes, vt pecunias vndique congerant; ordines etiam ad coereendam eorum auditatem alijs aditos contemnentes, ac si omnia sibi licent, cùm officij sui rationē aliquam le non reddituros confidant: vt tāto morbo occurratur.

E Se-

ORDINES

⁷⁰ Senatus imprimis decernit, ut Syndicatores omnes à causis ordinariis terminandis, prout aliás ordinatum fuit, omnino abstineant, sub pena nullitatis, & alia Senatus ipsius arbitrio impo-
nenda; & vt Notarii, qui de sententiis huiusmodi in causis latis
rogati fuerint, à notariatus officio, Senatus eiusdem arbitrio,
suspendantur.

Mandat item Senatus, ut Syndicatores omnes causas criminales, quæ ex ordinum forma, vel ex consuetudine referendæ sunt, mo-
do aliquo terminare nō audeant: & vt intra octo dies postquam
successorem habuerint, illarum omnium causarum criminaliū,
quas durante Syndicatu expeditient, notulam fidelē, manu pro-
pria subscriptam, exprimendo cuiusque caułæ expeditæ titulum
criminis, in manibus subsignati Secretarij deferre teneantur: &
aliam similem notulam notarij criminalium causarum, penes
quos earum libri remanebunt, in formam authenticam ad eun-
dem Secretarium mittant. Sub pena contrafacientibus Senatus
arbitrio imponenda.

Decernit etiā Senatus, ut Syndicatores neminem eorum, quos in
libris criminaliū causarū fideiussori relaxatos inuenerint, ad car-
ceres inconsulto Senatū reuocet; nisi de delicto capitali agatur,
aut nisi ex correis aliquis in carceribus retineatur, qui aliter ex-
pediri nō possit. qui aliter citati fuerint, parere nō teneantur.

Decernit pariter Senatus, ut Syndicatores nullū processum, nul-
lamū ordinationē facere possint, nisi adhibito Fisco, aut salte
eo legitimè citato, sub pena nullitatis vtsupra.

Vt autē facilis cuicūque cōtra Syndicatores, à quibus aliquo mo-
do iniustè oppressus fuerit, querelas portigere volenti aditus
pateat; Senatus Senatores querelis huiusmodi audiendis depu-
tabit, ad quos poterunt, qui querelare voluerint, etiam per lite-
ras, vbi ipsi ad hanc ciuitatem conferre se nequeant, querelas
suas mittere.

Sciant autē Syndicatores ipsi, si in eorū officio malè se, gessisse de-
prehensi fuerint, re ad Senatū relata, debitas pœnas se daturos.
Atque vt Decretum hoc omnibus innotescat, mandat idem Sena-
tus illud in locis ciuitatum, & locorum omniū, in quibus iusdi-
citur, & Syndicatus fiunt, publicari, & affigi debere, affixumq. re-
manere, quo usque Syndicatus perfecti fuerint.

Annibal Cruceius.

EXCELL. SENATVS.

ORDINES SERVANDI IN

OFFICIIS RERVM

CRIMINALIVM.

MDLXIX. DIE XX. AVGUSTY.



VM in officiis, in quibus cause criminales tra-
ctantur, grauissimis impensis subditi fatigentur,
iudicesq. ac notarii, & alij officiales numos con-
tra, & præter formam ordinum, sub colore labo-
ris exigant, idq. malum in dies latius serpat, & ni-
si salutari aliquo remedio occurratur, maximam
sit perniciem allaturum: Ideo Senatus subditorum curā sibi cō-
missam nulla in re, quoad eius fieri possit, negligere volens; ad
tollendos tam perniciosos abusus, qui hucusque cum non mo-
dico omnium detimento inualuerunt.

Decreuit, tam ad officium Capitanei Iusticiæ, quam Prætoris, de-
putando esse ab ipso ordine singulos Thesaurarios, prout ex
nunc ad sui beneplacitum deputat duos spectatæ probitatis vi-
ros, videlicet ad officium Capitanei D. Io. Iacobum Bestam, ad
officium verò Prætoris D. Julianum Peregum: qui pecunias oī-
nes, tam Capitaneo, quam Prætori, ob causas delegatas, tam ci-
uiles, quam criminales, in quibus honoraria quomodo docuque si-
bi deberi prætendunt, siue pro inspectione scripturarum, siue
pro decisione causarum; ac Vicario, alijsq. iudicibus, omnibusq.
notariis, ac custodi carcerum, & Baricellis, quovis modo spe-
ctantes recipient, & diligenter, accurate, ac distincte ipsas om-
nes pecunias describant in libris, p eos præmissa occasione, cō-
ficiendis, & manu propria describendis, & apud se seruandis, ve-
quandounque videri possit, an omnia recte tramite transeant:
apponendo nomina eorum, qui soluunt, ac causam, iu quam sol-
uunt; ita vt omnia perspicue, & clarè cerni possint, neque ullus
fraudis sit locus: & ne obolus quidem ad alias manus, quam ipso-
rum Thesaurariorū perueniat. Quod quò facilius obseruari pos-
sit; processus, & scriptura iudicibus dandæ cum sportulis prius
Thesaurariis configuentur, & ipsi eas iudicibus tradant, reténtis,
& descriptis pecuniis vtsupra & super eodē processu die tradi-
tionis. Videantq. Thesaurarij omnes ordinationes, ex quibus pe-
cunia iudicibus debetur: ne quid ultra taxam à subditis exigat.
iniungantq. notariis, & alijs officialibus, quid faciendū sit, pro fa-
ciliori presentiū ordinu obseruatione: iiq. iniunctis parere tene-
antur.

E 2

ORDINES

antur. Declarabitq. postmodū Senatus, quæ portio pecuniarū notariis pro ipsorū laboribus assignari debeat, & quæ dominis officiorū, qui hucusque ea officia notariis locauerunt, sit relaxanda. Teneāturq. Thesaurarij iis omnibus, ad quos pecunia spectabūt, in singulas hebdomadas, aut menses, omnium receptorum rationem reddere: exigantq. vltra taxam præstitutam quinque pro centenario ad ratam auctorum, distribuenda exinde, & erga prout Senatui placuerit, & pro honorario soluendo ipsis thesaurariis in fine mensis taxando.

Nec possint aliquæ penitus pecunia iudicibus, etiam pro accedendo in rem præsentem, in cuitate, vel extra, aut ex quacunque alia causa, vel sub cuiusvis laboris prætextu, vel Notariis, vel Barricello, & custodi carcerum immediate persolui: sed omnes ex pecunia in manibus Thesaurariorum vt supra deputatorum, nō per procuratores, eorumque affecas, aut causarum solicitatores; sed per ipsasmet partes, aut per earum priuatos agentes numerari debeant; & à Thesaurariis ij, quorum intererit, eas postmodum recipient. sub pœna iudicibus priuationis officij, perpetua infamia, & barrataria, ipso facto incurrenda, in casu cuiuslibet, vel minimè contrauentionis: Notariis verò priuationis officij, & trium ictuum funis: aliis verò officialibus fustigationis, & grauiori arbitrio Senatus; causidicis, & eorum collatoribus, & aliis, suspensionis ab officio, & alterius, etiam corporalis, arbitrio Senatus.

Tenebunturq. Thesaurarij idoneè fideiubere de suo officio legaliter, & probè exercendo.

Et quia intellectum est, Iudices, tum vt data fideiussione tollant capturas, tum vt terminos assignent, vel prorogent, etiam ex præcisa literarum Senatus dispositione, tum vt laxiores carceres concedant, atque ex aliis id genus causis illicitas pecunias exigere: idemque Notarios, & alios Officiales facere: Idcirco mandat Senatus, vt bene, & diligenter aduertant Thesaurarii; ne aliquas pecunias recipient nomine Iudicum, aut aliorum Officialium, etiam sub quovis colore, vltra taxam in libello dierum vtilium, Statutis, & nouis Constitutionibus, & ordinibus expressè, & nominatim contentam, quam omnino ad vnguem Senatus seruari mandat cum additionibus, & declarationibus, quæ nunc fient, quasue fieri continget ex eiusdem ordinis sententia: publiceque in ipsis officiis proponetur tabula impressa taxam continens, vt cuilibet patere possit, quid

EXCELL. SENATVS.

73
quid quantumè exigi & solui debeat: sub iisdem pœnis in casu contrauentionis supra statutis: quas etiam Iudices, & omnes alij, qui ab ipsis Thesaurariis pecunias indebet exactas recipiēt, ipso factō incident. Et ybi ad Thesaurariorum notitiam peruenit, aliquas pecunias per Iudices, aut alios officiales, contra formā præsentis ordinationis, receptas, teneantur Senatoribus ad id deputatis statim notificare, sub pœna Senatui arbitraria. Et quia vnu compertum est, ordines, & reformationes frustra fieri, nisi etiam adsint, qui eas inuiolabiliter obseruari omnino current: ideo Senatus id negotium mandat Mag. Dominis Odescalco, & Aresio Senatoribus; quorum cura erit aduertere, vt hi ordines obseruentur; & contrauenientes, vbi eis visum fuerit, in carcères detrudent, & in eos, etiam ex probationibus extraordinariis, arbitrio suo animaduertent; seruata, & non seruata iuris forma, atque indies, vt suggester experientia, & notariis, & Thesaurario, quid faciendum sit pro facilitiori exequitione, iniungent; & etiam querelas contra eos recipient, & prout eis conuenire videbitur, prouidebunt. Eritq. eorum officium ad bienium: quo finito alij duo in singula biennia deputabuntur.

ADDITIONES, ET DECLARATIONES
ad taxas: quas omnino Senatus seruari mandat.

CAPITANEVS, & Prætor, ac eorum Vicarij, & Iudices nō possint sub prætextu alicuius delegationis, pecunias, aut honoraria accipere; nisi id in ipsis delegationibus expressè sit cautum, aut alias, quam virtute delegationis, eis deberentur.

Idem pro examinibus reorum nil penitus percipere possint, nisi ipsimet per seipso examini incumbant, & notariis examen dicent: nec possint notarij, sub pœna falsi, scribere coram Iudicibus de eorum licentia, nisi verè ipsi Iudices, vt iam dictum est, intersint, & examinent: & in causis priorum euagationum, & leuioribus, vbi sine Iudice contingat fieri examina, nil penitus exigere possint.

A parte offensa, & actrice, siue in formando processu, siue pro vindicis scripturis, siue ex quauis alia causa, nihil percipient: cum sua sponte, absque pecunia, ad inuestiganda, & punienda delicta animati esse debeat; caueantq. ne idcirco expeditioni processum mora fiat.

Pro examinibus testium ad defensam, vbi rei non excedant num-

ORDINES

rum quinque, quotquot sint capitula, non excedant sportulae aureos duos; ubi vero excedant numerum quinque, nullo in casu excedant aureos quatuor; ita tamen, ut per hoc non censeatur sublata taxa iam ex ordinibus constituta in casibus, in quibus minor merces, quam ex praesenti ordinatione, debetur.

Pro relationibus status causae, aut definitiis, etiam si plures sint rei, habere non possint nisi pro tribus ad summum, & semel tantum; & ubi processus non referant, quis prætextu, & casu, teneantur pecunias exactas, etiam parte non instante, Thesaurario reddere.

Pro testibus, & iis, qui pro informatione Curiæ examinantur, siue ad offensam, siue ad defensam, ratione relaxationis, aut sub quoquis alio quæsito colore, nihil percipere possint: quod idem, & ad notarios, nisi pro rogibus fideiussionum, & ad custodes carcerum, & ad Baricellos, & ad omnes alios officiales extendi intelligatur.

Notarij ab actoribus, quibus copiam processus edunt, dimidium tantum eius, quod a reis exigunt, consequi possint.

Iudem scribere non possint super libris nisi eis prius allatis ad Secretarium Senatus, qui singula folia in summitate sigillo imprimat, & in ea impressione numerum foliorum notet, ita ut auelli folia e libris, & alia eorum loco reponi, non possint.

Pro facilitiori etiam prædictorum executione, visum est Senatui mandandum, prout mandat, ut omnes notarij, coadiutores, & scriptores, qui ad officium Capitanei Iustitiae, aut Prætoris Mediolani in praesenti se exercent; consignent omnes libros, ac scripturas ad dicta officia pertinentes supradictis Thesaurarijs, sub pena Senatui arbitria, etiæ corporali; & præterea sub eadē pena, ab hodierna die in antea, abstineant a se exercendo in dictis officiis, nec ad ea accedant, nisi a dictis Thesaurariis vocati.

Et loco prædictorum notariorum deputauit, & deputat idem Senatus per modum prouisionis, & donec aliud ordinatum fuerit, notarios ad officium Capitanei Iustitiae D. Bernardum Bergundium Papiensem, & D. Franciscum Tetonum Nouariensem; ad Officium vero Prætoris D. Io. Iacobum Capredonum, & D. Vincentium Plebanum Cremonenses. Quibus assignat scriptores, videlicet,

AD

EXCELL. SENATVS.

75

AD OFFICIVM CAPITANEI.

Io. Franciscum Bergundium.

Cæsarem Canem.

Ludouicum Salamonem.

Io. Georgium Sardum.

Antonium Mariam Ozenum.

Io. Baptis tam Cauallinum.

Franciscum de Bernardis.

Cæsarem Piperellum.

Franciscum Vallam.

Laurentium Inguinum.

Io. Gasparem Pellizarium.

AD OFFICIVM VERO PRÆTORIS.

Iacobum Facinum.

Io. Antonium Ferrandum.

Cæsarem Datarum.

Oliuerium Panizonum.

Io. Baptista de Notariis de Parma.

Alphonsum Burgundium.

Io. Iacobum Fornasarium.

Io. Baptis tam Riparium.

Lazarum Mariam Curtarellum.

Io. Molinarium, &

Stephanum Rainonum.

Qui Notarij, & Scriptores per modum prouisionis deputati, quoniam ea fide, & integritate apud Senatum habentur, vt eos non modo ad prædictum munus elegerit, sed etiam relictis aliis rebus omnibus venire coegerit, vt eorum opera in tollendis prædictis abusibus vteretur: idcirco non vult Senatus, eos posse querelari, aut molestari coram aliquo Iudice, præter quam coram dictis duobus Senatoribus vtsupra electis; qui si forte aliquid imputari contingat his nouis notariis, & scriptoribus, possint pecunarum superius notariis, & scriptoribus comminataru eam rationem habere, quæ qualitatibus casuum, & personarum, eorum iudicio, conuenire videbitur.

E 4 QVOD

76 ORDINES OXX
QVOD NVLLA HABEATVR RATIO
rescriptorum posteriorum, nisi facta fuerit
mentio anteriorum.

M D LXIX. DIE XII. SEPTEMBRIS.
CVM vsu compertum sit, diuersas aliquando à Senatu Excell. in
eadem causa literas a litigantibus vel importunitate, vel mali-
tia subreptas fuisse; dum quæ prioribus literis, & supplicationi-
bus in eis insertis continentur, aut omnino reticent, aut minus
integrè, minusue fideliter narrant: atque ob id fiat, vt multæ, ae
magnæ in causis difficultates frequentissimè orientur; quæ præ-
terquam quòd laboribus, & impensis litigantes ipsos fatigant,
& grauant; nouas subinde molestias Senatui afferunt; dum vel iu-
dices, vel aduocati ex eis extricare se nequeunt: earum difficulta-
tum causas præcidi pernecessarium visum est.
Ac propterea Senatus, re tota diligenter, & accuratè pertracta-
ta, & examinata; præsentisancione; quam decreti, & legis vim
perpetuò habere vult; statuit, vt nulli Magistratus, Iudices, Cö-
missarij, siue ordinarij, siue delegati fuerint, posteriorum litera-
rum à se emanatarum rationem aliquam habeant, nisi certam
prius præsentatarum, & supplicationum in eis insertarum senten-
tiæ integrè, & fideliter explicatam contineant.

DECRETVM DE COLVMBARIIS.

M D LXX. PRIMO MARTII.

FACTVM est Senatus cōsultum ad petitionem ruralium Cameris,
& Calpignani agri Nouariensis, quòd nemo in illis locis possit
Columbaria ædificare, nisi habeat perticas 200. terræ aratiæ; fa-
cta autem ab hinc retro Columbaria sustineri, modo eorum do-
mini possideant perticas 50. terræ aratiæ. Io. Maria Cattaneus.

DECRETVM DE PRETIO BLADORVM.

M D LXX. QVARTO IVLII.

ET SI maxima, & penè vniuersalis anno superiori omnis annona
penuria fuerit, & adeo immensa, vt miserrimi coloni quid mini-
mum, aut ad summum non plus duplo iacti seminis collegerint;
quo factum est, vt quamplurimi, qui bona ad tritici fictum con-
duxerant, licet quicquid percepient locatoribus erogauerint,
non tamen integrè conuentam pensionem dederint, & ideo
aliqui, bonorum domini parum misericordes, efflagitent ad ma-
ius tritici pretium sibi satisfieri; Huic incongruo Senatus occur-
rere

EXCELL. SENATVS

77

rere volens, re optimè considerata, hoc decreto.

Statuit, restantes pensiones anni superioris æstimandas, & persol-
uendas fore in singulas decem, & octo libras pro singulo frumé-
ti modio, sicalis verò quatuordecim, & milij vndecim. quam le-
gem singulis in locis huius Mediolanensis Dominij seruari man-
dat. & proinde conuentiones, aut contractus, si qui secus facti
sunt, irritat, & pro infectis haberí vult.

Faciūs.

QVERELATVS QVERELANTEM

QVERELARE NON POSSIT.

M D LXX. DIE X. IVLII.

INOLEVIT non parua in vrbe hac Mediolani corruptela in cau-
sis criminalibus; vt, cum quis apud vnum aliquod tribunal que-
relatus, delatusue est; ille aliud illico adeat; ibique vel querelan-
tem, vel delatorem, vel testes deferat, & aliud cōtra illos iudiciū
institui curet. Quo fit, vt prioris causæ processus aut impediatur,
aut subuertatur, aut omnia ob testium præsertim varietates, &
contrarietates, quandoque etiam falsitates ita confundantur,
vt tenebri iudicibus offendantur, & qui verè fontes sunt, impu-
ni plerunque abeant. Huic tam perniciose corruptelæ obuiam
necessario eundum esse iudicans Senatus, præsenti sanctione, quā
perpetuæ legis, & decreti vim habere vult, decernit.

Nou licere posthac cuiquam, simul atque ad vnum aliquod Tribu-
nal cuiuscunque criminis causa contra eum procedi cœptum
fuerit, ad aliud accedere, & contra querelantem, delatoremue,
aut testes querelam porrigerere, aut aliud, quo cœptum contra se
iudicium impediri, aut retardari possit, attentare. Mandatque
omnibus iis, ad quos spectat, spectabitue, ne tales vlo modo
audiant: Sed ad primum Iudicem remittant. Quod si fiat, decla-
rat iam nunc acta illa omnia irrita, & nulla fore, & ullam eorum
rationem haberinon debere. Non prohibet tamen, quin priore
processu perfecto, & absoluta causa, tales querelati, delatiue con-
tra querelantes, delatoresue, aut testes agere possint, si qua agē
di iusta causa fuerit, coram quoconque iudice competenti.

Annibal Cruceius.

COMMISSARI, QVI HVC ILLVC

mittuntur, debeant, vbi reuersi fuerint, acta tra-
dere iudicibus ordinariis.

M D LXX. DIE XVII. SEPTEMBRIS.
CONSVEVERE & Illustrissimus Regius Locumtenens, & Excel-
len-

EXCELL. SENATVS.

78
lentissimus Senatus Vicarios generales, aut etiam alios, alio,
atque alio mittere ad capienda indicia criminum, quæ hic illic
pro tempore patrari contingit: arque ij cum post accepta indi-
cia, & cœptos processus ad hanc urbem reuersi sunt, totius cause
judices se factos arbitrantes ad vteriora procedere perguntes,
processusq. penes cancellarios suos remanent, & s̄æpe disperdū-
tur, ita vt nulla de illis, cùm opus est, notitia haberi possit. Quod
quidem per absurdum videtur, cùm in Ciuitatibus omnibus ad-
sint sui iudices ordinarij, ad quos causæ illæ pertinent, & penes
quorum actuarios processus remanere debent. Itaque ne tali
absurditati vterior locus relinquatur.

Senatus habita matura rei totius consideratione, mandat Vica-
riis generalibus omnibus, ac aliis etiam si quos tales ob causas
mitti contigerit, vt statim atque ad urbem hanc redierint, pro-
cessus à se factos vel Capitaneo Iusticie, vel Pratori Mediolani,
aut eius Ciuitatis, ad quem causam spectare cognouerint, aut in
cuius iurisdictione delictum patratum fuerit, tradant; & à pro-
cedendo ipsi desistant. Atque hoc etiā de processibus ante præ-
sens Senatus cōsultum factis seruari vult. Quod si ob Capitanei,
vel alius Pratoris, aut Iudicis suspicionem causam aliquam eoru-
allicui demandari contigerit, vel si causa illis particulariter dele-
gata fuerit; vult nihilominus Senatus processu perfecto illum
actuariis illius tribunalis, ad quod causa prius tractari debuit, et
tradi omnino debere. Atque hæc omnia sub pœna Senatui ipsi
arbitraria.

Annibal Cruceius.

DECRETVM NIVIS.

M D LXXI. DIE VIII. JANVARI.

CvM ob inauditam quantitatē pluvium; quæ hoc anno è cœlo
deciderunt; plurimum domum tecta collapsa fuissent: periculuq.
maximum imminueret, ne alia etiā collaborerentur: multaq. etiam
domus rimas duxissent ita, vt, tibicinibus eas sustinere necesse
fuerit niuesq. è tectis omnibus deiicere oportuerit: dubitatum
est, an ij, qui aquas pluuias è vicinorum tectis in domos suas iu-
re seruitutis stillicidij delabentes recipere tenentur, niues etiam
ab illis deiiciendas recipere tenerentur. Itaque re ad Excell. Se-
natū relata, & mature, ac diligenter cōsiderata, & eo maximè,
quod alia est aquæ pluuiæ, alia niuis ratio, quoniam aqua statim
atque è tectis alicuius decidit, dilabitur, ac nullam ferè vicino
molestiam exhibit, nix autem ad longum tempus plerunque du-
rat, & maximo damno atque incommodo vicinum afficit.

Se-

EXCELL. SENATVS.

79
senatus censuit, posse eum, qui seruitutis stillicidij ius habet, niue
in vicinum domum deiicere: sed tamen ad eam intra biduum, post
quam deiecta fuerit, impensa sua exportandam teneri, & ad id
per pœnas, & multas regio Fisco applicandas cogi debere: aut
vicinum ipsum, in cuius domo niues deiecta fuerint, eas expor-
tari facere posse expensis eius, qui illas deiici fecerit: ad quarum
solutionem per quamcunque realem, & personalem exequitionem
astringi possit. Mandatq. quibusunque Iudicibus, vt summa
marie, & absque figura iudicij prædicta omnia exequi faciant,
vbi requisiti fuerint: Et Senatus consultū hoc in toto dominio
Mediolanensi diuulgandū, & obseruandū esse. Annibal Cruceius.

DECRETVM SECUNDVM DE

S Y N D I C A T O R I B V S.

M D LXXII. DIE XIII. NOVEMB RIS.

ANIMADVERSVM fuit non semel à Senatu, magnam partem
eorum, qui ad Syndicandos iusdicentes biennales mittuntur, ni-
hil minus agere, quam id, cuius causa mittuntur: ea sanè de cau-
sa, quod lucrī nimis cupidi, omisso eo, quod præcipuum est sui
muneris, in eo potissimum laborant, vt nummatiores, quam fieri
conuentit, domum reuertantur. Etsi igitur ad coercendā eo-
rum auaritiam Senatus, multos ordines adere coactus sit; quia
tamen in eis nulla certa pœna expressa est, animaduertit Sena-
tus, ipsos ordines non seruari; & ac si nulli aditi essent, eorum
auditati omnia patere. Quam ob rem, vt metu pœna cogātur
corum muneri, qua decet diligentia, ac probitate, vacare.

Iubet Senatus, omnia, quæ in ordine 4. Decēbris anni 1567. in hac
materia, pmulgato cōtinētur, ab ipsis Syndicatoribus ad vnguē
obseruari debere, sub pœna scutorum quingentorum pro ter-
tia parte accusatori, pro aliis duabus Fisco Regio applicanda.
Insuper mandat, quod omnes libros rerum criminalium diligen-
ter, & accuratè inspiciant; & quæ adnotanda fuerint, ordinatim
adnotent: ac singulatim in ipsa Syndicatus relatione, si quid in
processibus perciendiis per incuriam, aut infiditatem ipsius iusdi-
centis omissum, aut commissum comperiant, omnium mentio-
nem facere debeant: & notulam omnium processuum penden-
tiū, tempore relationis Syndicatus, ad Senatum mittant: quā
intra dierum sexaginta spatium omnino absoluere, & ad Senatū
ipsum mittere, aut causas, ob quas eo in tempore absoluta non
fuerit, rescribere, teneantur. Quæ de sportulis sancta, ac decreta alijs fuerūt, ad vnguē seruēt.
Iubet.

Iuber etiam ipsis Syndicotoribus, ut sub recitata pœna scutorum quingentorum, statim ut in prouinciam peruererint, decretum hoc, vñā cum decreto prædicto, anni 1567. in solitis locis publicari, ac registrari faciant, vt omnibus innoteuant: deq. publicatione, ac registratione Senatū faciant certiorē per literas ad subsignatum Secretarium dandas. Annibal Cruceius.

DECRETVM DE TERRAE SPATIIS INTRA NOUa mœnia Mediolani inclusis, vēdendis iis, qui ædificare velint.

M D LIX. DIE XX. MARTII.

Cum in cingenda nouis mœniis Ciuitate hac Mediolani multa terræ spatia habitationibus vacua includi contigisset; plurimūq. ad urbis decorem, & ciuium commoditatēm conducere videtur, si eis in spatiis ædificia cōstruerentur: Senatus consulto iam inde à principio cœptæ munitionis facto cautum fuit, ut locorū eiusmodi Domini ea vendere tenerentur quibusuis, ædificandi causa emere volentibus, certo pretio in singulas perticas consti tuto, pro loci & situs varietate, vbi tamen ipsi ædificare nollent. Compertū deinde est, sanctione illa ei rei non modo non fuisse consultū, sed illam prōpemodum inanem redditam fuisse. Multi enim, vt venderent requisiti, vendere detrectarunt, causantes eis in locis ædificare se velle. Quod ab ijs tamen præstitutū postea nunquam fuit. Eaq. de re multi ædificare cupientes apud Excell. Senatum non semel sunt conquesti. Quo circa Senatus publicæ, priuatæq. vtilitatis interesse intelligens, vt eis in locis domus, & alia pro cuiusqué arbitrio, cōmodouē ædificia extruantur, im pedimentū ab istis locorum & hortorum Dominis verbo, nō re ædificaturis allatū decreuit omnino esse amouendum. Itaque re tota diligenter, & mature perpensa, & examinata. Censuit, statuendum esse, & ita præsenti sanctione statuit terminū mensium trium proximè futurorū, à die publicationis eius, vni cūquē spatia terræ aliqua, sive culta sint, sive inculta, intra noua mœnia possidenti ad declarandum, & aperiendum in scriptis in manibus subsignati Secretarij, an ædificare velit, necnē. Quod si eo in termino nihil responderit, aut nolle ædificare dixerit, cogi possit ad vendendum cuilibet emere volenti, iuxta tenore pri maæ sanctioñis hac in materia æditæ. Si verò ædificare velle dixerit, tunc opus omnino inchoare teneatur intra spatiū aliorum trium mensium. Quod si postea non fecerit, non solūm cogi possit ad vendendum, vt supra: verū etiam incurrat pœnam Senatus ipsius arbitrio ei imponendam.

**DE QVODAM EVAGINANTE
IN DOMO PRIVATA.**

Philippus Hispaniarum Anglia, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c.



DILECTE noster, Ioannem Mariam Canellum, quē condemnasse dicitis ob querelam contra eum porrectam a Io. Iacobo Lanzaugia, pro apposi tione manus ad arma: Cum ea res in domo suc cesserit non molestabis: Et condemnationem tolletis, quō ad primum ponentem manum ad ar ma. Dat. Mediolani die 13. Octobris. 1555.

Io. Maria Cattaneus.

Atergo: Egregio. I.C. Prætori Alexandriæ.

IVDICES FEVDATA RIORVM PROCEDERE
possunt, contra consules commune & homines
sua iurisdictionis,

Philippus Hispaniarum Rex, & Mediolani Dux.

DILECTE noster, lecta in Senatu nostro Petri Francisci Nibiz supplicatione, vobis mandandum duximus, quōd nec in casu in præcibus memorato, nec in aliis, quibus Iudices Feudatariorum procedunt cōtra consulē, cōmune, & homines locorū, eis inpheu datarorū, illis inhibeatis, sub prætextu quōd inter dictos cōsulē, commune & homines sint aliqui coloni, aut fitabiles ciuium.

Propterea vobis mandamus, vt recitatam inhibitionem tollatis & mentem prædictam ad vnguem obseruetis, & si quid in contrariū habebitis, rescribatis. Dat. Mediolani 30. Octobris 1565. Facius.

Atergo, Egregio Iureconsulto Prætori Nouariæ nostro dilecto.

**DECLARATIONES SVPER IMMVNITATE
DUODECIM LIBERORVM.**

DEFVNCTO patre, superstribus vndecim liberis, & ventre præ gnante, Senatus admisit eos ad ius duodecim liberorum. 1545. die 7. Martij, in casu D. Lucretiæ Bilia, vxoris quondam D. Hercu lis Pusterlæ.

Princiuallus Montius.

Immunitas concedi, pro qualibet persona parentū, & filiorū, vñā

F cum

ORDINES

82

cum familia necessaria, declarauit Senatus, die 29. Martij. 1547.

Patellanus.

Filiæ etiam nuptæ, ac filij seorsum à patre viuentes non minuunt immunitatem patris, ita censuit Senatus per literas patentes in casu Io. Petri de Mutina dicti Othoriae, die 7. Maij. 1552.

Nec filiæ, post mortem patris nuptæ rescindunt immunitatem, modò bona communia & indiuisa sint. Et sic declarauit Senatus inter communitatem Nouariae, & Dominos Fratres Galaratos die 11. Decembris 1553.

Patellanus.

Immunitas duodecim liberorum cōceditur ab omnibus oneribus extraordinariis, & etiam a constructione murorum, ex sententia Excellentissimi Senatus. Die 27. Ianuarij. 1554.

Rocha.

Nati ex eodem patre, ex duabus vel pluribus uxoribus, vbi sint inter se duodecim, præstant immunitatem patri. Ita declarauit Senatus, die 22. Maij. 1559.

Cruceius.

Si in utero matris fuerit duodecimus filius, Senatus addidit, modò ædatur viuus. Qui autem dicatur æditus viuus declarauit, cum est in tempore, quo viuere possit: in causa Francisci Suragij, & cōmunitatis Comi.

Petranigra.

Quod etiam non viuentes in communione, modò probent habere bona cōmunia, fruātur immunitate; super alternis præcibus fratrum de Aretio & cōmunitatis Papiæ, decreuit Senatus die 6. Maij. 1567.

DE AESTIMO FIENDO, CIRCA PRAETENSIO-
nem immunitatis taxarum equorum, & pro ciuibus ex
priuilegio, pro Nobilibus Cremonensis.

IN executione æditiuum publicatorū mādato egregij D. Alexadri Crassi Comissarij nouæ reformationis extimi ruralis agri Cremonensis, cùm plerique nobiles Cremonenses comparuerint prætententes esse in qua possessione immunitatis a taxis equorum, pro eorū massariis & inquiliinis, & ita semper præseruatos fuisse in aliis cōpartitis ruralibus, factis post impositionē dicti oneris, & præser-
tim in ante ultimo compartito anni 1539. in quo declaratum
fuisse asserebant se præseruando fuisse in sua quasi possessione,
in qua erant etiam ex sententia tunc lata per Mag. Magistratū cum
interuentu duorum Magnificorum Senatorū, dicentes propterea
non posse, nec debere in hac noua reformatione huiusmodi one-
re grauari, prætextu declarationis constitutionis in titulo de one-
ribus, facta per Excellentissimum Senatum de anno 1542. qua-

caue-

EXCELL. SENATVS.

83

Eauetur neminem præseruari debere immunem ab onere taxarū etiā quod esset in possessione non soluendi, nisi priuilegium suum habeat qualitates in ea declaratione expressas, quā quidē sibi minimè officere posse asserebant, quia, licet eorum priuilegia in causa exhibita nō cōtinerent præcisa verba ipsius declarationis, haberēt saltē equipolētia, & de hoc apud Senatū cōquesti fuissent: in thimatū fuit D. Questoribus, coram quibus agebatur ne ad decisionem præmissorum, quod ad illos pro quibus iam sentētię latę essent, deuenirent, sed omnia ad Senatū ipsum, cū eorū voto, referrent. Insuper cum alia orta esset difficultas inter ciues Cremonenses, & comitatēses, super ordine dato p. Illustriss. huius Domini Gubernatorem præfato D. Crasso, vt in cōfectione & cōclusione census Cremonensis eosdē seruaret ordines, quos in cōpartito rurali agri Nouariensis, ab eodē D. Crasso cōfecto, ille seruauerat, inter cetera disponētes, bona ciuilia eorū qui ciues ex priuilegio essent, & a decēnio citra saltē in vrbe nō habitassent, etiam q̄ nullā artē exerciſsēt, ruri cēsēda esse. Aduersus enim hunc ordinē, quē comitatēses omnino seruari postulabāt, opponebat Ciuitas multa, ad docendum eandē nō militare rationē in agro Cremonensi, quae in Nouariēs militabat, hicquē nullo modo agi de aliquo Regiā camera præiudicēt, si permittatur vt ciues tā ex priuilegio quām originarij dictē ciuitatis nō molestarētur ex prædicta causa: fuissent quē partū aduocati auditī in excelsō cōfilio secretiori, etiam ab eo ordinatum quod Mag. Magistratus vna cū præfato D. Crasso, intellectis diligenter ipsarum partium iuribus, visisquē ordinib⁹ in huiusmodi materia per Senatū æditis, & collectis votis, omnia ad Senatū referret, isqué Magistratus suis literis relationem in vnoquoque capite fecisset, Senatus vnum sui ordinis delegit, ad quem prædicta omnia priuilegia immunitatū vna cum declarationib⁹, ordinationib⁹, & relationib⁹, de quibus supra, defferentur: isqué omnibus visis & diligenter consideratis ad ipsum Senatum omnia denuo referat. Is itaque ad ipsū Mag. Senatorē delatis, eoquē in Senatu audito, & eius voto intellecto, omnibus mature perpens.

Censuit idem Senatus, respectu eorum qui immunitatē prætēdunt ab onere taxarum æquorū pro eorū massariis & inquiliinis, prætextu quod licet eorum priuilegia nō habeant in se verbamēt, de quibus in præmissa declaratione, habeant saltem æquipolētia, eos nō esse de cetero a tali onere præseruādos, sed massarios & inquiliinos eorū taxandos fore, adūctis per eos in contrarium non ob-

F 2 stan-

ORDINES

84

statibus exceptis tamen fodriis, prætendentibus immunitate ex contractu, quorum causam in suspenso stare mandat, donec aliud fuerit ordinatum. Respectu verò secundi capituli, decreuit cives predictos ex priuilegio, qui ciuitatem non habitauerunt, etiam si arte qualiscunque ea fuerit, exercuerint, nō esse p̄ bonis ciuilibus molestandos, hac tamen lege, quod saltem in proximo festo S. Martini cū eorum familiis ad ciuitatem se conferant, in eaquē habitet continuatis temporibus ab ordinibus limitatis, teneantur què prestatre idoneā fideiuſſione, si termino prædicto nō preſtiterint, cū ruralibus p̄ bonis prædictis censeantur: quiverò fideiuſſerint, exinde tamen non habitauerint, vel habitare desierint, ultra onera, quæ cū ciuitate, cum qua cēſiti reperientur, soluere tenebātur incurvant pœnam ſcuti vnius auri pro ſingula pertica terre, applicandam Regio fisco, & ulterius teneantur ad omnia onera ruralia, acsi cum ruralibus forent censiti, alia census reformatione nō expectata cum illa communitate in cuius territorio ſita erūt bona prædicta, quod procedere declarat, etiam quod ad alios cives Cremonenses ex priuilegio, qui habitant, vel haſtenus habitarūt terras separatas, ſalua tamen ſint eorum iura qui habent conuentiones cum ciuitate, a Principe approbatas.

Quo verò ad alios incolas terrarum separatarum, qui nullo modo nec origine, nec priuilegio cives ſint Cremonenses, hos pro bonis omnibus, quæ poſſident in comitatu Cremonensi, ceniſi omnino vult cum ruralibus. Quò autem ad forenes & extra dominium habitantes, ſi in loco in quo habitant inter rurales cēſiti, hi pariter, ratione bonorum quæ poſſident in comitatu Cremonensi, cenebuntur cum ruralibus, ſin minus non moleſtentur, ſed inter cives dimittantur.

Artigus Mazat.

DECLARATIO PRO AESTIMO FIENDO, IN oppido Modoetiæ, an minores taxari debeat p̄ buccis, & quid ſeruandum in domibus ad fictū locatis.

M D LXII. DIE XXI. FEBRVARII.

Cum in Senatu Excellentiss. proposita fuissent inſcripta quæſita facta per Nobilem D. Cæſarem Besutium Comiſſarium reformationis extimi oppidi Modoetiæ, videlicet.

Excellentiss. Senatus post factā primā comiſſionem, quod censerentur bona ſtabilia Modoetiæ, exinde ad preces pauperū ipsius loci mandauit quod fiat deſcriptio buccarum vtriusque ſexus, &

quod.

EXCELL. SENATVS.

85

quod eis debita portio aſſignetur, nulla ſacta diſtinzione, an masculi minores, vel fœminæ, debeat parimodo taxari, p̄t masculi in ætate perfecta conſtituti; nec in ipſis literis ſpecificata fuit qualitas ætimi dandi buccis.

Et quia in cæteris locis, in quibus ætima ruraliū cōficiuntur, masculi maiores annorū quatuordecim tantum in ætimo personali grauantur, & non fœminæ, ac masculi minores in ætimo personali deſcribuntur, ſed tantummodo contribuere videntur oneri Salis ordinarij, cū illud buccis vtriusque ſexus a septennio ſupra datū videatur, & cū etiam ætima ruralia ſoleant departiri pro duabus partibus ſuper bonis, & pro tertia parte ſuper capitibus masculinis, excedentibus annum quartumdecimum, vſupra.

Propterea ad clariorem intelligentiam per Comiſſarium ſuperius deputatum præfata omnia recitata fuere III. Præſidi, qui mandauit fieri verbum in Reuerendiss. Senatu, ad hoc ut ſpecificetur.

Primò an fœminæ & masculi minores ceniſi debeat & cōtribuere teneantur parimodo, prout masculi maiores, an tantummodo ceniſi debeat pro onere Salis ordinarij, vulgo census nuncupati & in quanta parte.

Secundo, an poſquam onus ſalis ordinarij, & ſive census in tota aut parte, prout Senatui Excell. videbitur diſtributum fuerit buccis vtriusque ſexus, an ætimi tertia pars aſſignari debeat masculis maioribus vſupra tantum, & duæ partes ſuper bonis ſtabilibus, prout in cæteris ætimis ruralibus fit, vel nē.

Præterea alia in dicto ætimo oritur difficultas, in cēſendo edificia, nam nō nulli ſunt, qui proprias domos aliis locauerūt, ipsi alienas conducunt, alii eandem domum habitant & partim locant, alij duās vel tres domos, prō eorum vſu, prout afferunt, retinent, & alij buccas in præſentiarum dimittunt.

Propterea petunt declarari, quæ cēſenda ſint. Cūquē fuifet ſuper inde auditus vnuſ ex Mag. Senatoribus, omnibus diligenter conſideratis, Senatus ad ea respondit in hanc formam, videlicet.

Quod omnes buccæ vtriusque ſexus ab annis ſep̄tem ſupra taxētur equaliter, verum teneantur tantum ad onus ſalis ordinarii, census nuncupati, pro diuabus partibus ex tribus, & riſiduum diſtribuatur ſuper ætimo dando bonis.

Deinde ætimum fiendum diſtribuatur pro diuabus partibus ex tribus ſuper bonis, & alia tertia pars ſuper capitibus masculinis tantum æqualiter, ab anno tamē quatuordecim vſque ad ſeptuaginta: & iuxta illud ætimum, alia quæcunque onera exigantur.

Re-

Respectu autem ædificiorum censeatur tantum ea, & siue pars eorum quæ de præsenti reperiuntur locata; detractis tamen factis libellariis, ipsis ædificiis incumbentibus.

Mandat igitur Senatus Reuerendiss. omnibus, ad quos spectat, ut ita seruent, & exequantur, seruarique & exequi faciant. Roccha.

DECLARATIO §. POSSVNT ET §. ETIAM
super imbotaturis, in titulo de Pheudis.

Philippus Hispaniarum, &c. Rex, & Dux.

NO BILIS Comes Aloysius Cagnola subsequentes nobis exhibuit preces, videlicet Rex Sereniss. Edoct. est M. V. in Novis Const. in titulo de pheudis sanciuisse, posse iusdictos iurisdictione habentium cogere omnes, etiam comprehensos in constitutione maioris Magistratus, ad solutionem imbotaturarum & datorum per Principem vel Fiscum in eos habentes iurisdictionem translatorum & contributionem onerum salarij Prætoris. Sequitur alius §. per hac verba, & aliorum quorumcunque onerum, modo summa non excedat aureos tres. Hæcq. sanctio ad fauore pheudatariorum codita videtur, quia maius dispendiosum eis esset omnes subditos, & alios debitores singulis annis, occasione huiusmodi datij imbotatus, in ius vocare coram maiore Magistratu. Cum maximè ius summarissimum fiat pro huiusmodi datis, & more Cameræ: & licet constitutio ipsa clara sit, tamen sinistrari videtur eius intellectus in præiudicium non paruum fid. M. V. Ser. Comitis Aloysij Cagnolæ, nomine cuiusdam Alexandri de Nicardo ex eius hominibus loci eius Granotij, & Ludouici de Nibia eius prætensi Domini, & ciuis Nouariæ, hoc modo, Quod velint dictam iurisdictionem concessam ex dicta causa imbotatus determinari ex dictis verbis in dictu sequentem §. appositis, videlicet modo summa non excedat aureos tres ut supra, ita quod pheudatarij in cōsequitione eorum datij imbotatus debeant adire maiorem Magistratum, si summa excedat dictos aureos tres. Quod si ita esset sanctio ipsa nunquam locum haberet, quia nou est alicuius loci in pheudati datij imbotatus quod non excedat quotannis dictam summam. Verus igitur sensus eius Constitutionis est ut dicta summa sit ad determinationem debitum ex dicta causa cuiuslibet, ita ut sit, ac si constitutio dum disponit per dictum verbum omnes dixisset, quia huiusmodi dictio omnes in plurali collectiua est, sicut dictio quilibet, & hic sit verus sen-

sensus in omnem casum quandoque in §. separato ut supra apposita sunt, determinare habeant dictam dispositionem præcedentis §. per verba indefinita ut supra concepta. Quod tamen neque obstat videtur, cum sint ipsa verba, in §. separato, ut supra apposita, dictaque sinistra interpretatione attenta, per nares deductus fuit supplicans, iam igitur ferè biennum, ac circumductus, protul adhuc circumducitur in exactione dicti eius datij, & his temporibus calamitosis, quoniam dictus Ludouicus, & Alexander sub prætextu decreti maioris Magistratus subripuere usque de anno 1554. & mense Nouembri proxime præterito præceptum q. Prætor Granotij se abstineat a iudicendo dicta de causa contra dictum Alexandrum, quia tanquam consul conueniens erat ad solutionem datij ipsius imbotatus per communitatem debiti, more solito, quod præceptum licet reuocatum fuerit, & remissa causa, respectu imbotatus ad Prætorem Granotij, tamen ex aduerso appellatum fuit: & repertus fuit quidam Magn. Iureconsultus D. Franciscus de Clapis Nouariæ, qui dictam ordinationem reuocauit, fretus dicta sinistra interpretatione Constitutionum: Ex quibus videt M. V. quo nam in pelago positus sit supplicans, qui hoc modo priuatur suis regaliis. Qua de re cum hæc agatur de interpretatione Constitutionum per M. V. editarum, & ut iam tandem finis imponatur huic interpretationi brachio M. V. indiget, aliter in infinitum cogetur litigare supplicans ad M. V. configit supplicando ut dignetur declarare dictum Prætorem Granotij iurisdictionem habere ex dicta causa imbotatus iure dictarum Constitutionum, non attento dicto sinistro intellectu, nomine dictorum Alexandri & Ludouici ipsis Constitutionibus dato, aut mandare dicto Prætori Granotij quod ex dicta causa iudicat, præmissis non attentis, & ita speratur.

Eisq. in Senatu nostro lectis, ac mature consideratis dictum finie Prætorem supplicantis in dicto loco Granotij habere iurisdictionem in cœla imbotatus, & datorum, ac salarij Prætoris, pro qua cunque summa. Et summa trium aureorum in dictis Constitutionibus expressam referri tantum ad onera in genere expressa, non autem ad alia in specie superius specificata in ipsis Constitutionibus. Quam præfata Senatus declarationem & nos probantes mandamus omnibus & singulis ad quos spectat & spectabit, ut ita seruent & exequantur, ac obseruari & exequi faciant. In quorum fidem, &c.

Signat. Landrianus.
DE

ORDINES
DE PERFICIENDIS PROCESSIBVS.

M D LXXXII. DIE XXIIII. OCTOBRI

Et si antiquis decretis cautum fuit processus criminales perfici debere intra spatum a iure municipal i ciuitatis, aut loci cuiusque præfixum; ubi scilicet ius municipale adest; ubi autem non adest; intra dies xv. a die delati criminis inchoari; & intra 60. perfici, non computatis tamen feriis in honorem Dei institutis: Viguitq. consuetudo, ut ubi processus intra eiusmodi temporis spatum non perficerentur; Iudices non perfectorum processuum causas Senatui redderent: attamen perdiu est, cum nihil horum obser uatur, magno cum subditorum huius prouinciæ Mediolanensis incommodo & damno, certoq. iustitiae contemptu. Quo circa malo huic remedium adhibere volens Senatus, submonitus etiā ab Illustrissimo & Excellentissimo Regio Locumtenente. Mandat omnibus & singulis officialibus & iudicentibus huius prouinciæ Mediolanensis, tam mediatis quam immediatis, ut omni studio ac diligentia muneri suo incumbant; & processus coram se pendentes, & quos posthac agi contigerit, intra præfixos terminos inchoent, & perficiant; aut causas, quare perfecti nō fuerint, aut perfici nequeant, Senatui quāmprium redcant sub pena priuationis officij, & alia grauiori Senatui ipsi arbitraria: idq. in officio quisque suo publicari, & registrari faciat; ut successoribus etiam innotescat; in uiolabiliterque & perpetuo obseruetur: publicationisq. & registrationis factæ literas ad Secretarium subscriptum quāmprium mittat.

Annibal Cruceius.

HAYKO
MICHNIKOWA

TABELLA DIERV M QVIBVS

EXCELENT. SENATVS NON SEDET.



RIMO omnia festa mobilia, videlicet. Carnis priuji per duos dies ante, usque ad feriam secundam Quadragesimæ.

Festum resurrectionis Domini nostri Iesu Christi, per dies sex ante, & septem sequentes.

Festum Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Festum Penthecostes & vigilia.

Festum Corporis Domini nostri Iesu Christi.

APRILIS.

- | | | | |
|----|-----------------------------|----|--------------------------|
| 7 | Sæcti Christophori marty. | 24 | Sæcti Georgij. |
| 17 | Sæcti Antonij abbatis. | 25 | Sæcti Marci Euangelistæ. |
| 10 | Sæct. Fabiani & Sebastiani. | 27 | Victoria Bicochæ. |
| 21 | Sæcta Agnetis. | 29 | Sæcti Petri martyris |
| 22 | Sæcti Vincentij. | | |
| 25 | Sæcti Pauli Conuersio. | | |

M A I V S.

- | | |
|----|---|
| 1 | Sæctorum Iacobi & Philippi apostolorum. |
| 3 | Inuentio Sæcta Crucis. |
| 4 | Sæcti Gottardi episcopi. |
| 8 | Sæcti Victoris. |
| 20 | Sæcti Bernardini. |
| 25 | Sæcti Dionysij. |

I V N I V S.

- | | |
|----|-----------------------------|
| 11 | S.Barnabæ discip. Domini. |
| 13 | S. Antonini de Padua. |
| 19 | S.Gerasij & Protasij mart. |
| 24 | Nativitatis B.Io. Baptistæ. |
| 29 | S.Petri princip. apostoloru |

MARTIVS.

- | | |
|----|--------------------------------------|
| 7 | Sæcti Thomæ de Aquino. |
| 12 | Sæcti Gregorij Papæ. |
| 29 | Sæcti Ioseph. |
| 21 | Sæcti Benedicti Abbatis. |
| 35 | Annunciationis beatæ virginis Mariæ. |

I V L I V S.

- | | |
|----|--------------------------|
| 2 | Visitatio beatæ V. Mariæ |
| 4 | Sæcti Oderici. |
| 5 | Sæcta Margaritæ. |
| 22 | Sæcta Mariæ Magdalenz. |
| G | 25 San- |

- HAYHOE INDEX
- 90
- 25 Sancti Iacobi apostoli. OCTOBER.
 26 Sanctæ Annae. 4 Sancti Francisci
 28 Sanctorū Nazarij & Celſi. 18 S. Lucæ euangelistæ.
 29 Sancta Marthæ. 21 Sanctæ Ursulæ cum duodecim millia virginibus.
 30 AVGVSTVS.
 1 Sancti Petri ad vincula.
 5 Sanctæ Mariæ niuis.
 6 Transfiguratio Domini.
 7 S. Donati & Carpoſori.
 10 Sancti Laurentij.
 15 Assumptionis beatæ virginis Mariæ & vigilia.
 16 S. Rochi confessoris.
 20 Sancti Bernardi abbatis.
 24 S. Bartholomei apostoli
 28 Sancti Augustini.
 29 Decollationis B. Io. Baptiste
- NOVEMBER.
- 1 Omnim Sanctorum
 2 Cōmemorationis animarum defunctorum.
 11 Sancti Martini.
 25 Sanctæ Catherinæ.
 30 Sancti Andreæ Apostoli.
- DECEMBER.
- 6 Sancti Nicolai episcopi.
 7 Sancti Ambrosij episcopi, & almae Ciuitatis Mediolani protectoris.
 8 Conceptionis beatæ virginis Mariæ.
 13 Sanctæ Luciæ.
 21 Sancti Thomæ.
 25 Festa Nativitatis Domini nostri Iesu Christi.

- Incipiendo a die 23. præsentis
 vsque ad diem sancti Christophori mensis Ianuarij.
- 8 Natiuitatis beatæ virginis Mariæ & vigilia.
 10 S. Nicolai de Tolentino.
 14 Exaltationis sanctæ Crucis
 21 Sancti Mathei apostoli, & euangelistæ.
 24 Sanctæ Teglæ.
 27 S. Cosmæ & Damiani.
 29 S. Michaelis Archangeli.
 30 Sancti Hieronimi.

A Carnis priuio Romano vsque ad secundam dié Quadragesimæ Ambrosianæ Senatus non sedet, iuxta consuetudinem nouissimam, & item omnibus diebus Veneris mensis Martij.

In Quadragesima omnes dies Veneris celebrantur, & olim si infra hebdomadam nullum occurrebat festum dies Iouis celebrabatur, a nonnullis vero mensibus citra mos ille est ablatus.

TASSE

TASSE DELLA CANZELLARIA
DELL'ECCELLENTISS. SENATO.

M D LI. A LAVDE D'IDIO.

H MANIFESTO al Senato di Milano, che li officiali suoi quali secondo il tempo sogliono riceuere li danari per l'espeditioni, che si fanno nella Canzelleria sua, non sono per pigliare piu di quello che è ordinato. E manifesto anchora alcuni, che procurano tali spedizioni, ingannare li principali, & quelli a nome de quali si fanno, conciosia che tacendo la verità di quello che hanno speso, paglino dalli semplici molto piu di quello che hauerano sborsato, la qual cosa pare che venga a macchiare la sincera administrazione de detti officiali. Per far adonque che la probita de suoi officiali rimanga nel suo candore, & leuare via la materia di fraude alcuno, & per soccorrere alli miseri clienti, ha posto & constiuita questa norma per il pagamento de l'espeditioni che si fanno in Canzelleria, qual ha voluto che sia diuulgata, accio che possa venire a notitia di ciascuno.

PRIMA li medicanti, & persone miserabili, gli hospitali, & luoghi pii mendicanti, ouero che distribuiscono l'entrate sue alli poveri paghino cosa alcuna per il sigillo, ma solo per la scrittura. Per le lettere missive simplici in le cause ciuili, nelle quali se inseriscono le supplicationi, si paghi per la Canzelleria soldi dieci, & gli schieristi per il sigillo sol. 2

Il medemo per li salucondutti, si tres partes ex quattuor, pagando pero il supplicante la scrittura.

Per le prorogationi, & suspensioni quando si portano all'officio delle prorogationi, sol. 2. Quando s'epediscono le lettere d'esse prorogationi & suspensioni sol. 6. solamente, ma se la parte volesse piu prorogationi in yna sola lettera, si paghino altri sol. 6.

Per le dispense di minorità, lib. 1. sol. 2

Per le missive simplici di vna Communita, lib. 1. sol. 2

Per le patenti d'vna Communita, lib. 2. sol. 4

Per le confirmationi d'instrimenti da ceto libre in giu, lib. 1. sol. 2

Per le confirmationi d'instrimenti da mille libre in giu, lib. 1. sol. 2. ma sopra mille libre a cōputo de libravna p migliaro, nō si ecce da però la somma de lib. 12. di che qualità si voglia d'instrumento.

Per la legitimatione di un solo, il cui padre non sia ricco, lib. 3. sol. G 2 per

TASSE DELLA CANZ.

- ⁶² Per uno ricco non si ecceda la somma de lib. 5. fol. 12
 Per le lettere in forma di Camera, lib. 4. fol.
 Per la confirmatione di qualunque priuilegio la decima parte di qd che si trouerà scritto essere tassate in corte della Cesarea Maestà, della qual decima parte li Secretarij habbino il quarto solamente
 Per le lettere dispensanti che uno forastiero possa acquistare, libbre due per migliaro.
 Per le lettere di ciuità che si concedono alli forastieri, secondo la qualita della persona, ma non si ecceda però scuti sei.
 Per le lettere di ciuità che si concedono alli sudditi, non si eccede la summa de lib. 12.
 Per le lettere di confirmatione di ciuità fatta da qualunque comunita, lib. 5. fol. 12
 Per le lettere, che concedono che si dia fede a i libri de mercantanti, lib. 4. fol.
 Per qualunque lettere che contengono dispensa, anchora che fosso messiue, lib. 1. fol. 2
 Per le lettere criminali messiue, lib. 1. fol. 2
 Per le assolutioni criminali, lib. 1. fol. 7. Et altro tanto alli Secretarij: & se farano piu d'una medesima famiglia che habitano insieme si paghi per un solo, se de diuerse famiglie, di qual si voglia numero si paghi per cinque solamente.
 Per quelli che s'admettono a noue difese, in caso che se ingerisca la pena della morte, lib. 3. fol. Altramente se ingerirà tratto di corda, o fustigatione, o priuatione di qualche membro lib. 2. fol.
 Per l'approbatione delle gratic, lib. 1. fol. 7. altro tanto alli secretarij
 Per le subhastationi che si concedono a communita, lib. 1. fol. 4
 Per le lettere de potersi fare l'estimo, lib. 2. fol. 4
 Per la scrittura delle confirmationi delle gratic, & registro d'esfe, lib. 1. fol. 7
 Per la copia di qualunque scrittura simplice, per due facciate, lib. fol. 4. & se faranno autentiche la mitta di piu.
 Per le ordinationi fatte vdtate le parti alli Secretarij. lib. 1. fol. 7
 Et per il sigillo, fol. 6
 Per le ordinationi, ouero sententie fatte per il Senato, a relatione de Senatori, li secretarij non possano pigliare piu de soldi diece per centenaro de libbre in tutto, talmente che sia di che valore si voglia non habbano piu di scudi cinquanta.
 Per il sigillo d'esse ordinationi & sententie non si ecceda scudi sei, & meno alla ratta del valore.

Per

DEL SENATO.

- ⁶³ Per le lettere che il marito possa lasciare alla moglie oltra la forma de statuti di quella citta donde sera, una libra per migliaro, non ecceda però scuti sei, & metto alla ratta.
 Per le dispense de fideicomissi, per qualunque migliaro, lib. 2. ma non si ecceda però come di sopra
 Per le dispese che aleuno possa donare li suoi beni, come sono quei li che entrano la religione, & altri simili, lib. 1. per migliaro, & come di sopra, non si ecceda però la somma de scuti sei.
 Che li vschieri non possano pigliare cosa alcuna per il figlio, anchora che li fosse dato spontaneamente, sotto pena d'essere suspenesi dall'officio per vn mese.
 Che non possano pigliare cosa alcuna per li bolettini che portano in Senato, sotto la medesima pena.
 Che da quelli che ottengono approbationi delle gratic, gli vschieri in tutto non possano pigliare oltra soldi dieci per ciascuno, sotto la medesima pena.
 Che niuno canzelliere, coadiutore, ouero scrittore, per la scrittura delle minute, ouero lettere, possa pigliare cosa alcuna, anchora che li fosse dato spontaneamente, salvo se non farà la copia sotto la sopradetta pena.
 Li Canzellieri dellli Senatori non possano pigliare per li atti, piu di quello che piglia il notaro delle cause ciuili nel palazzo di Milano.
 Et per la scrittura de processi per ogni foglio possano pigliare solo quello che di sopra è stato ordinato alli Canzellieri & scrittori del Senato.
 Et per le copie delle ordinationi criminali, fol. 3.

Jacobus Cattaneus.

²⁴
TASSA DELLA CANCELLARIA DEL
MAGISTRATO STRAORDINARIO,

PER L'OFFICIO DELLE BIADE.

Stabilita, fra altri ordini, per l'Ill. S. Presidente, &
Magistrato Straord. a di 1. d'Aprile. 1570.



I Officiali della Cancellaria delle biade, hauerano da seruare l'infrascritta tassa.
PRIMA per la liberazione d'uno imputato solo, alla Cancellaria soldi trenta, & altro tanto alli Cancellieri, & a gli vschieri soldi dieci; & se serano piu d'uno, fin' in quattro, non si possi pigliare piu del doppio, & da quattro in su, si possi pigliare il quadruplo.
Per le compositioni d'uno scudo, alla Cancellaria soldi cinque.
De doi scudi soldi diece.
Di tre scudi soldi quindici.
Di quattro scudi soldi vinti.
Da scudi cinque fin'a vinticinque, soldi vinticinque.
Da vinticinque scudi fin'a cinquanta, soldi cinquanta.
Da scudi cinquanta in su, soldo uno per scudo.
Per tutte le compositioni li Cancellieri haueranno d'hauere dalle parti altro ato, come quello che si farà pagato alla Cancellaria. Gli Vschieri hauerano da pigliare per il sigillo ogni diece soldi, che si pagaranno alla Cancellaria, soldi doi.
Per le tratte alla Cancellaria, per ogni soma de biada dinari tre, per ogni soma di riso, dinari sei.
Per le tratte gratis, di qualonche sorte, per ogni soma dinari sei.
Per le licenze da luogo a luogo; che pagano il grosso in camera, dinari tre per soma.
Per quelle che non pagano il grosso, dinari sei.
Auertēdo che l'auena, melica, & risono, nō pagano se nō la mitta.
Per le castagne & louini che si cōducono fuori del stato, dinari sei per soma, & da luogo a luogo nel stato, dinari tre tāto p soma.
Per le prorogationi di qual si voglia tratta, o licenza, per ogni soma dinari tre.
Per la noua concessione d'uno mercato, libre quattro alla cāzella, & alli canzellieri libre due.

La

²⁵
La remissione d'uno mercato suspenso libre due alla Cancellaria, & alli canzellieri libra una.
Per la patente d'uno Capitaneo ordinario libre due alla Cancellaria & al Cancelliero della prouincia altro tanto, computata la segurta, & al coadiutore soldi dieci, computata la instruzione, & al Thesoriere per il registro delle loro patenti soldi sedeci, & al contrascrittore soldi sedeci, & a gli vschieri soldi otto.
Il medesimo pagarano li Comissarij di Sesto, Varese, & Lecco.
Per la patente d'uno Comissario, o Capitaneo straordinario pagato, il medemo.
Per le patenti de gli altri Comissarij, & contrascrittori il quarto manco.
Per la patente d'uno Comissario straordinario non pagato, il medesimo.
Per una lettera tocante a processo fatto ad istanza d'una persona particolare, soldi diece alla Cancellaria & al Cancelliero altro tanto, & al coadiutore per la scrittura, computato il memoriale soldi cinque, & a gli vschieri soldi doi.
Per una lettera di piu persone, o di communita il doppio.
Per le licenze de pegorari per vn' anno libra una & soldi dodeci alla Cancellaria, & per manco tempo alla ratta, & per la scrittura soldi cinque, & a gli vschieri soldi quattro.
Per le licenze de Molini per vn' anno libra una & soldi dodeci alla Cancellaria, & alli cancellieri per la segurta soldi otto, & per le copie autentiche soldi quattro l'una, & a gli vschieri soldi doi.
Li cancellieri, coadiutori, & altri dell'officio d'essa Cancellaria, nō hanno da pigliare per le licenze che si concedono cosa alcuna da particolari a cui si concedono, eccetto per la scrittura di una soma fin'a cinque, soldi doi, da cinque fin'a dieci soldi doi, e dinari sei, & da dieci fin'a vinticinque, soldi cinque, da vinticinque fin'a cinquanta soldi dieci, da cinquanta fin'a cento soldi quindici, & da cento in su, per qual si voglia soma reali doi.
Saluo che per le tratte di qualonche sorte si possi pigliare il terzo di piu alla ratta.
Le licenze quali si concedono di condurre grano a Milano, non hanno a pagare cosa alcuna per conto della Cancellarie de gli vschieri, ne d'altro, eccetto che per la semplice scrittura, secondo la tassa di sopra posta.
A gli vschieri per le tratte & licenze di qualonche sorte, si hanno pagare p vna soma fin'a tre, dinari tre, & da tre in su, dinaro uno per

HAY
96 TASSA DELLA CANZ.

per ssuma, pur che nō ecceda la somma de soldi diece in tutto: & questo coſi delle licenze & tratte che ſi cōcedono immediate dal Magiſtrato, come di quelle che ſi concedono per lettere diretti ue a Capitanei, o Cōmiſſarij, & quādo ſi darà cōmiſſione alli Co miſſarij, ſopra le tratte di cōcedere le tratte, o altre licenze, & di ſcodere l'honoranza per la Cancellaria, ſe gli darà anchora ordine di ſcodere la tassa, come di ſopra, per gli uſchieri.

Per le relationi che ſi faranno al Prencipe, ouero al Senato, il coadiuторe habbia da pigliare soldi quattro il foglio.

Per li processi criminali, che le parti voranno leuare autentichi, li canzellieri hauranno ſoldi ſei il foglio, per quelli che ſi faranno qui a Milano, & per quelli che ſi faranno fuori della Città, ſoldi quattro in tutto, computata la ſcrittura, & nel resto ſi feruila la tassa stabilita ne gli ordini, & statuti di Milano.

Per la copia d'una ordinatione, o atto autentico, il canzelliero hauera ſoldi diece, & il coadiuторe per la ſcrittura ſoldi quattro il foglio.

Io. Bap. Oſſus

1663. adi 16. luglio giorno di martedì alla matina in leffonone uidi a portar uua la madona della Rosa di Paua da dove era ueliamente.

1669. settembre 16. febraro alla nottina ſi tirò la campana de rubizzi: o. topo il campanile diſto pefano di Balzio, et a canoto de la campana uicere Dio: mogio che ſi ſele trovò et alla base dell'ancora li cominciò a lavorare 1701. adi 29. luglio giorno di S. Giacomo ſi tirò ſopra il campanile la campana de uo. Di 62. et 4 giorni de lunga e grande e sana.

26630.

H. 178204.

Antonio
Padre

Margherita filia

Eugenio filio d'Antonio
d'Antonio (primo) d'Antonio

Antonio filio di Eugenio Stefano filio di
Eugenio (secondo) margherita

Fabrizio filio d'Antonio (terzo) Dianara filia d'Helena et
Nepote di Helena 3. grado Verde d'ogni parte

Fabrizio figlio 2. grado Helena et a di Francesco
di Fabrizio Nepote 1. grado d'Helena et a di Francesco
di Fabrizio 2. grado di margherita
di Fabrizio 4. grado di margherita

НАУКОВА БІБЛІОТЕКА ОНУ імені І. І. МЕЧНИКОВА